Universis hanc literam inspecturis Evridus miles de Willær fidem presentibus adhibere. Noverint universi presencium inspectores, quod cum Arnoldus de Merspurch, || gener meus, possessiones sitas in Kippenhusen Cûnradi quondam dicti Badâr, quas a venerabilibus in Christo domino . . abbate et conventu monasterii de Salem pro annuo cen||su, dimidio videlicet fertone cere tenebat, honorabilibus dominis Burchardo, preposito Episcopalis Celle, et H(ainrico), cellerario ecclesie Constantiensis, iuste et legaliter vendidisset nec eadem || venditio sine consensu predictorum de Salem fieri potuisset, ego ad petitionem ipsius Arnoldi possessiones sitas in Willær, dictas vulgariter *des Viciærs gût*, in recompensationem possessionum prefatarum cum iure proprietatis et omnibus attinentiis suis tradidi et donavi cum consensu omnium, quorum intererat, pleno et expresso, pacifice imperpetuum possidendas monasterio prenotato, adhibitis verborum ac gestuum sollempnitatibus debitis et consuetis, ita videlicet, ut sepedictus gener meus possessiones easdem ab eodem monasterio pro eodem censu, pro quo et priores habuit, vel maiori, si sibi placuerit, cum suis heredibus universis recipere debeat et tenere et sepedicti de Salem nullam ex predicta venditione sentiant lesionem, sed bono animo consentiant in eandem. Renuncio igitur pro me meisque heredibus universis omni iuri, omni actioni, impetitioni, defensionem non adhibite sollempnitatis, omni consuetudini tam loci quam patrie et omnibus aliis, per que dicta recompensatio vel traditio posset in posterum irritari et ipsum monasterium aliquam incurere lesionem.

In<sup>1</sup> cuius facti evidentiam presentem literam sepedictis de Salem meo sigillo tradidi roboratam. Actum apud Constantiam anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXXXVIII<sup>o</sup>. feria VII<sup>a</sup> ante festum beati Johannis Baptiste, subnotatis testibus presentibus et rogatis et videntibus, quod ego possessiones antedictas, scilicet *des Viciærs gât*, iure mihi proprietario pertinentes in recompensationem, ut dictum est, tradidi monasterio prenotato, videlicet strennuo milite Hainrico Pincerna seniore dicto de Smalnegge, Hainrico et Cûnrado de Mânlinshouen, militibus, Walthero Johelario, Johanne Apotecario, Jacobo dicto Schônstain, civibus Constantiensibus, H. dicto Becherer de Tannegge, Ül(rico) de Stetfurt, ministro aliisque pluribus probis viris.

Perg. Or. Fremde Hand. Siegel des Ausstellers an Pergamentstreifen, aus Malta, dreieckschildförmig, 37:26 mm (IV A 2), im Schild ein Thurm mit Zinnen. (Auf der etwas erhöhten Rückseite 4 sehr kleine wagrechte Einkerbungen.) Cod. Sal. I, 314 No. CLXXXIII. Reg. Ztschr. 3, 236.

1288. Juni 8. Stockach. Mangoldus dei gratia comes de Nellenburch genehmigt, dass seine Ministerialen Hainricus et Burchardus de Hödorf, germani ihre Güter in Alzkouen, genannt *der Bol*, sowie eine<sup>a</sup> anstossende Wiese, von der sie einen Jahreszins von 2 Hühnern gaben, nebst dem Zehnten von einem ebendasselbst gelegenen Morgen, der dem Herrn Bilgrinus de Hödorf gehörte, um 11<sup>1</sup>/<sub>2</sub> Pfund Konstanzer Pfennig an das Kloster Salem verkaufen. Actum apud Stockach anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXXX<sup>o</sup> octavo, sexto ydus iunii, presentibus hiis testibus et rogatis, videlicet strennuis viris Wezelone de Rishach, Rvldolfo dicto Studengast, Hainrico de Honberc, militibus, Ottone de Honberch, Hainrico dicto Thagingær, Cûnrado dicto Mainhart, Cûnrado ministro seniore de Hödorf, Berhtoldo magistro de Raithaslah, Hainrico dicto Strube, Cûnrado dicto Buggensegel, conversis in Salem aliisque pluribus probis viris.

736.

Perg. Or. Fremde Hand. An Pergamentstreifen 3 Siegel aus Malta: 1. des Grafen Mangold von Nellenburg, rund, 40 mm (IV B 1), in dem Siegelfelde, das schräg eingegittert ist und in dessen Gittern sich Punkte befinden, der Helm mit der Hirschstange, Umschrift: † s. **manogoldi. comitis. de. nellenbvch.** (sic!) (Rückseite: 2 tiefe wagrechte Einkerbungen und 2 Daumeneindrücke). — 2. des Heinrich von Heudorf, dreieckschildförmig, 45:35 mm (IV A 2), der Schild gespalten, die linke Hälfte schräg eingegittert, mit Punkten in den Gittern, in der Rechten 3 über einander-

<sup>1</sup> Auch im Or. a linea.

gestellte Haken (s. Züricher Wappenrolle No. 278). Umschrift: † s. **hainrici. de. hovdorf.**, — 3. des Burkart von Heudorf, dem vorigen genau entsprechend. Umschrift: † s. **bvrcardi. de. hovdorf.** (Auf den etwas erhöhten Rückseiten beider je 2 schräglauende Einkerbungen. Cod. Sal. I, 311. Reg. Ztschr. 1, 79 u. 3, 236.

1288. Juni 9. Königseck. Hierher gehört die unter No. 619 aus dem Cod. Sal. mit der irrigen Jahrzahl 1280 mitgetheilte Urkunde des Ulrich von Königseck. (Perg. Or. Fremde Hand. 2 Siegel aus Malta wie an No. 724. Auf der Rückseite beider kleine Fingereindrücke.)

1288. Juni 11.—22. Die Schenken Heinrich von Schmaleck, Konrad von Winterstetten und Hermann von Ottelswang, Brüder, sowie Konrad von Hasenstein und Heinrich und Ortolf von Hasenweiler überlassen an das Kloster Salem die Güter, welche von ihnen Albert von Diepoldswiler zu Lehen trug. 737.

Universis hanc paginam inspecturis, Hainricus dictus de Smalnegge, Cūnradus de Wintherstetten, Hermannus de Ödelswanc, Pincerne seniores, germani, Cūnr(adus) || miles de Hasenstein, Heinricus miles et Ortholfus de Hasenwiler subscriptorum noticiam cum salute. Ut ea, que caritatis intuitu, veritate mediante, || debite peraguntur, inviolabiliter perseverent, litterarum debent testimoniis tenaci et incommutabili memorie commendari. Eapropter harum litterarum tenore pateat || universis, quod nos omnes et singuli, recepta resignatione possessionum omnium sitarum in Diepolswiler ab Alberto dicto de Diepolswiler, quas ipse cum omnibus suis pertinentiis a nobis in feodum tenuit et possedit, quasque venerabilibus in Christo . . domino abbati et conventui monasterii de Salem cum consensu omnium, quorum intererat, pro salute sue anime noscitur contulisse, prefatis . . de Salem iam dictas possessiones cum omnibus suis pertinentiis, agris videlicet cultis et incultis, pratis, pascuis, silvis, virgultis, viis, inviis, aquis, aqueductibus, curtibus, semitis, piscinis et omnibus aliis iuribus tam corporalibus quam incorporalibus eisdem possessionibus intus et extra pertinentibus, quocumque nomine censeantur, pro salute nostra nostrorumque progenitorum tradidimus et donavimus possidendas in perpetuum pacifice et quiete, volentes ut eedem possessiones cum iure proprietatis sine cuiusvis obice contradictionis remaneant monasterio prelibato, renunciantes nichilominus omnes et singuli omni iuri, quod nobis pertinebat in possessionibus prenotatis casu quolibet contin-

gente pro nobis nostrisque heredibus universis. Verum quia Burchardus miles quondam de Hasenstain ius infeodandi in sepe dictis possessionibus noscitur habuisse, nos Hainricus Pincerna senior, Cûnradus de Hasenstain, milites prefati, Marquardus de Schellenberg et Ūlricus de Kunigesegge, milites, tutores seu curatores Burchardi, filii quondam Burchardi militis de Hasenstain prenotati, legitimos annos non habentis, nomine eiusdem filii ius, quod sibi competebat in eisdem possessionibus, recepta resignatione a prefato Alberto, necnon sepe dictas possessiones transferimus et transtulimus in prefatum monasterium ab ipso in perpetuum possidendas. In cuius facti evidenciam presentem litteram predictis . . de Salem sigillorum nostrorum omnium et singulorum robore porreximus communitam. Datum<sup>1</sup> in Vttindorf ex parte mea H(ainrici) Pincerne prefati, anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXXX<sup>o</sup> octavo X<sup>o</sup>. kalendas julii, presentibus hiis testibus, videlicet Ūlrico Botro, fratre Dietrico de Bermetingen, monacho in Salem; ex parte vero mea Cûnradi in Wintherstetten III<sup>o</sup>. idus junii, presentibus Bertholdo notario, rectore ecclesie in Homberg, Heinricho dicto Haggenbach; ex parte mea Hermannii in Wolfegge XVI<sup>o</sup>. kalendas julii, presentibus Cûnrado clerico de Walsê, strennuo milite Eberhardo Dapifero de Walpurg, eodem anno; ex parte mea Ūlrici de Kûnigshegge in Dankaratwiler II. idus junii eodem anno, presentibus nobili viro Swiggero de Teggenuhen, dicto Sûnnenkalp, Ūlrico de Marcdorf; pro nobis vero, Cûnrado scilicet de Hasenstain, Heinricho et Ortholfo de Hasenwiler fratribus, in eodem loco, scilicet in Hasenwiler XV<sup>o</sup>. kalendas julii, presentibus hiis testibus, Hermannno videlicet rectore ecclesie in Hasenwiler, Cûnrado clerico de Wintherbach, eodem anno, aliisque pluribus probis viris.

Perg. Or. Salemer Kanzleiband, an Pergamentstreifen 9 Siegel aus Malta: 1. des Heinrich Schenk von Schmaleck wie an No. 390, — 2. des Konrad Schenk von Winterstetten wie an No. 551 (besonders schön erhalten<sup>2</sup>), — 3. des Hermann Schenk von Ottelswang (Schmaleck) wie an No. 545, — 4. des Ulrich von Königseck wie an No. 724, — 5. des Marquard von Schellenberg wie an No. 712, — 6. des Konrad von Hasenstein wie an No. 699, — 7. des Heinrich von Hasenweiler wie an No. 544, —

<sup>1</sup> Von hier an dunklere Tinte. — <sup>2</sup> Es zeigt sich an diesem Exemplar nunmehr deutlich, dass sich zwischen den Hörnern des Kleinods nicht — wie bei No. 551 angegeben — kleine Schilde, sondern 5 gestürzte Lipdenblätter befinden.

8. des Burkard von Hasenstein, dreieckschildförmig, 45:38 mm (IV A 2), im Schild der Doppelhaken, Umschrift: † s. **bvrchardi. de. hasenstein.**  
 — 9. des Ortolf von Hasenweiler, dreieckschildförmig, 45:35 mm (IV A 2), im Schild der Doppelhaken, Umschrift (sehr roh und durch die Ungeschicklichkeit des Siegelstechers verkehrt angebracht): s. **ortolf. de. hasinwiler.** (Rückseiten: 2, 3, 4 mit je 1 Daumeneindruck, 1 mit 2 Daumeneindrücken, 5—9 erhöht, 5, 6 mit 3 Einkerbungen, 8 mit 4.) Cod. Sal. III, 274 No. CCXXV. Reg. Ztschr. 3, 236. Die Urkunde ist für die Art, wie ein dergartiges, von einer grösseren Zahl von Personen zu vollziehendes Document zu Stande kam, lehrreich. Man wird annehmen dürfen, dass ein Bevollmächtigter des Klosters Salem mit dem Entwurf der Urkunde die Burgen der verschiedenen, an deren Ausstellung beteiligten Herren besuchte und dass, erst als alle ihre Zustimmung gegeben hatten, das Datum in das Instrument eingetragen wurde. Ueber die Art und Weise, wie die Besiegelung vollzogen wurde, gibt die Urkunde leider keinen Fingerzeig.

1288. Juli 20. Konstanz. Heinrich d. ä. Schenk von Schmaleck tritt die Vogtei über Menschen und Güter in Kirchberg an Abt und Convent des Klosters Kempten ab und vermittelt, dass die Miteigenthümer dieser Vogtei, Konrad von Weiler und seine Neffen, ebenfalls auf dieselbe Verzicht leisten. 738.

Omnibus presentes litteras inspecturis Hainricus Pincerna de Smalnegge senior subscriptorum noticiam cum salute. Noverint universi || tam posteri quam presentes, quod cum ego, receptis quadraginta quatuor marcis argenti puri et legalis ponderis Constantiensis a reverendis || in Christo Cūnrado, dei gracia abbate, totoque conventu monasterii Campidonensis, Constantiensis dyocesis, quas me habuisse et recepisce ab ipsis et || in utilitatem evidentem meam, videlicet in exonerationem meorum debitorum gravium, quibus usure et dampna obsidum accreverunt, fore conversas, scriptis presentibus publice recognosco, advocatiam possessionum et hominum in Chirchperc cum suis pertinentiis universis vendidissem rite et legitime prefatis . . abbati et conventui monasterii Campidonensis, et facta per me renunciatione totius juris michi competentis in eadem ad manus predicti domini abbatis, procuravimus cum effectum, quod Cūnradus de Wiler miles, Hainricus, Ūlricus et Johannes, filii quondam Cūnonis fratris sui, eidem advocatie cum omnibus suis pertinentiis ad manus prefati domini abbatis sollempniter renunciarunt et quod ipsam cum omnibus suis pertinentiis, quocumque nomine censeantur, ad manus suas libere resignarunt, cedentes omni juri, quod ipsis competiit in eadem. Ne in posterum super premissis aliqua possit

dubitationis materia suboriri, me meosque heredes ad plenam gwarandiam, quod vulgariter dicitur *werschaft*, omnium et singulorum premissorum scriptis presentibus obligo per stipulationem sollempnem. Et in evidentiam premissorum ipsorumque inconmutabilem firmitatem presens instrumentum supradictis abbati et conventui tradidi, sigilli mei robore communitum. Datum et actum Constantie anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXXXVIII<sup>o</sup>, indictione prima, XIII<sup>o</sup>. kalendas augusti, presentibus hiis testibus: magistro Cûnrado dicto Pfefferhart, canonico ecclesie Sancti Johannis Constantiensis, fratribus Hainrico, cellerario, Burchardo, quondam plebano ecclesie Sancti Stephani Constantiensis, et Eberhardo de Stekborun monasterii de Salem, Cûnrado de Mænlishoven milite, Hainrico clerico de Tanne, notario predicti Hainrici Pincerne, Burchardo dicto *Vderschopfe* de Constantia et aliis quam pluribus fidedignis.

Perg. Or. Fremde Hand. Vermuthlich die gleiche wie No. 739 und 740. Siegel des Ausstellers aus Malta an Pergamentstreifen, wie an No. 390. (Rückseite erhöht mit 3 tiefen wagrechten Einkerbungen.) Cod. Sal. I, 309 No. CLXXVIII. Vgl. Ztschr. 3, 337.

1288. Juli 24. Kempten. Abt und Convent des Klosters Kempten verkaufen ihre Besitzungen zu Kirchberg an das Kloster Salem. 739.

Omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis Cûnradus, dei gracia abbas, totusque conventus monasterii Campidonensis, ordinis Sancti Benedicti, Constantiensis dyocesis, subscriptorum noticiam cum salute. Ut calumpniandi materia || quibuslibet auferatur, expedit ea, que rite ac rationabiliter consumantur, scripturarum inditiis perpetue et inconmutabili memorie commendari. Noverint itaque universi tam posteri quam presentes, quod cum monasterium nostrum oppressum esset gravibus oneribus debitorum || contractorum ob solutionem decime debite sedi apostolice in subsidium terre sancte, institute ac concesse in generali concilio Lugdunensi et ex aliis urgentibus necessitatibus, quas non poteramus aliquatenus evitare, et ab eisdem debitorum oneribus non possemus nisi per venditionem || possessionum eiusdem nostri monasterii aliquatenus liberari, possessiones nostras in Kirchperc, sitas prope lacum, qui dicitur *Bodensê*, cum hominibus eisdem annexis utriusque sexus, nemoribus, silvis, pratis, pascuis, agris cultis et incultis, vineis, molendinis, bannis, jurisdictionibus,

viis et inviis, virgultis, pomariis, aquis et aqueductibus, necnon cum advocatia, que viro strennuo Hainrico Pincerne de Smalnegge militi et . . dictis de Wilær in eisdem possessionibus et hominibus eis annexis [et] ipsarum pertinentiis competebat, quamque pro quadraginta quatuor marcis argenti puri et legalis ponderis Costantiensis, a predictis H(ainrico) Pincerna et dictis de Wilær rite et legitime conquisivimus titulo emptionis, aliisque ipsarum pertinentiis et juribus tam corporalibus quam incorporalibus universis venditioni publice decrevimus exponendas. Et cum inter alios ad emptionem procedere volentes viri religiosi in Christo dilecti Ulricus, divina permissione abbas, totusque conventus monasterii de Salem, ordinis Cisterciensis, predictæ Constantiensis dyocesis, nobis maius et utilius precium obtulisset, receptis ab eis centum et sexaginta marcis argenti puri et legalis, ponderis Constantiensis, quas nos ab ipsis recepisse et in utilitatem evidentem nostri monasterii, videlicet in exonerationem debitorum nostrorum supradictorum contractorum ex causis prenomatis fore conversas, scriptis presentibus recognoscimus et confitemur, possessiones supradictas cum hominibus eis annexis utriusque sexus, nemoribus, silvis, pratis, pascuis, agris cultis et incultis, vineis, molendinis, bannis, jurisdictionibus, viis et inviis, virgultis, pomariis, aquis et aqueductibus et cum advocatia predicta omnibusque suis pertinentiis et juribus tam corporalibus quam incorporalibus universis in dictos . . abbatem et conventum monasterii de Salem ipsorumque monasterium legitimo venditionis titulo, premissis tractatu sollempni et prehabito, qui circa alienationes rerum ecclesiasticarum adhibendus est et premittendus iuxta canonicas sanctiones, accedenteque nostro consensu unanimi et expresse, transferimus per presentes ab eis ipsorumque monasterio perpetuo possidendas et in quemcumque locum vel personas voluerint, quovis titulo maluerint, transferendas, sine cuiuslibet obice impedimenti, adhibitis per nos omnes et singulos in omnibus et singulis supranominatis verborum ac gestuum sollempnitatibus debitis et consuetis. Et ut ea, que premissa sunt, ac quodlibet ex eisdem nullo umquam tempore pati possint aliquam materiam questionis, renunciamus circa ipsa necnon in singulis articulis eorundem tam pro nobis quam pro nostro monasterio nostrisque, quicumque pro tempore fuerint, successoribus beneficio restitu-

cionis, in integrum, litteris a sede apostolica vel aliunde impetratis aut etiam impetrandis, defensionis non adhibite sollempnitatis, exceptioni doli, auxilio repetendi per obiectum deceptionis ultra dimidium iusti precii, exceptioni non numerate peccunie, omnibus constitutionibus et statutis editis vel edendis, auxilio litterarum sedis apostolice, quibus mediantibus res ecclesiastice, que alienate dicuntur illicite vel distracte, repetuntur vel repeti consueverunt, omni consuetudine generali vel particulari et generaliter omni auxilio tam in genere quam in specie, quo mediante ea, que premissa sunt, vel ipsorum quodcumque violari possent, cassari vel irrita nunciari in toto vel in parte aliqua eorundem. Et ob fidem indubitatam roburque perpetuum omnium et singulorum superius expressorum presens instrumentum conscribi fecimus et sigillorum nostrorum unâ cum subscriptionibus, quas quilibet ex nobis de conventu pro se fieri fecit, tradimus supradictis . . abbati et conventui monasterii de Salem robore communitum. Et hec sunt subscriptiones, quas singuli fieri fecimus de conventu. Ego Berhtoldus, decanus monasterii Campidonensis, hiis, que sunt premissa, consensum meum expressum adhibeo et in evidentiam eiusdem consensus huic instrumento per magistrum Cûnradum, notarium venerabilis domini mei, Cûnradi dei gratia abbatis Campidonensis, subscribi feci pro me. Ego Hainricus, cellerarius monasterii antedicti hiis, que sunt premissa, consensum meum expressum adhibeo et in evidentiam eiusdem consensus huic instrumento per magistrum Cûnradum antedictum subscribi feci pro me. Mit der gleichen Formel lassen ferner die Urkunde unterzeichnen: Ludewicus dictus de Gerolzrûtin, Cûnradus dictus de Rôtenstain, Rûdolfus dictus de Schrutolfs, Ūlricus dictus de Hasenwilær, Ūlricus dictus de Ilrberc, Ludewicus dictus de Nidegge, Hainricus dictus de Mertisriet, Johannes dictus de Hûgenanc, sämtlich Mönche des Klosters Kempten. Datum et actum in monasterio Campidonensi anno domini millesimo CC<sup>o</sup> LXXXVIII<sup>o</sup>. indictione prima, nono kalendas augusti, presentibus hiis testibus, videlicet Hainrico, ministro Campidonensi, Alberto, filio suo, magistro Hainrico Gunzeburgo, Hermannò dicto de Bûrun, Cûnrado dicto Môze, Hainrico dicto Rokhevel, Adeloldo, Ūlrico dicto Trube, Rûdolfo Monetario, Berhtoldo dicto Liuchirchær, Ūlrico dicto Rokheuel et aliis quam pluribus fidedignis.

Perg. Or. Die ganze Urkunde, auch die Namen der Conventsmitglieder von einer Hand, somit von der Hand des Notars Konrad geschrieben, von dem vermuthlich auch No. 738 und 740 geschrieben sind. Die beiden Siegel (des Abts und Convents) sind abgegangen. Cod. Sal. I, 305 No. CLXXVII. Reg. Ztschr. 3, 237. Vgl. ausser den citierten Urkunden auch No. 747.

1288. Juli 24. Kempten. Abt und Convent des Klosters Kempten bitten den Bischof Rudolf von Konstanz, den Verkauf ihrer Besitzungen in Kirchberg an das Kloster Salem zu bestätigen. 740.

Reverendo patri ac domino R(üdolfo), dei gracia episcopo Constantiensi, C(ünradus), eadem gracia abbas, totusque conventus monasterii Campidonensis || reverentiam debitam cum obsequio indefesso. Cum nos, exigente nostri monasterii urgente necessitate, possessiones nostras in Kirchperc cum || hominibus eis annexis et cum suis pertinentiis universis viris religiosis . . divina permissione abbati et conventui monasterii de Salem || pro centum et sexaginta marcis argenti puri et legalis ponderis Constantiensis nobis p(er) ipsos traditis et assignatis et in evidentem utilitatem nostri monasterii conversis rite et legitime vendiderimus, adhibita sollempnitate debita et consueta, sicut in instrumento super hoc confecto plenius continetur, vestre reverentie supplicamus instantia precum qua possumus ampliori, quatenus contractum venditionis prefatum auctoritate ordinaria ratificare dignemini et confirmare per litteras patentes vestri sigilli robore communitas. In cuius facti evidentiam presentes litteras vestre paternitati transmittimus sigillorum nostrorum robore communitas. Datum Campidone anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXXXVIII<sup>o</sup>, indictione prima, IX<sup>o</sup>. kalendas augusti.

Perg. Or. Vermuthlich die gleiche Hand wie No. 738 und 739. Zwei Siegel aus Malta an Pergamentstreifen: 1. des Abtes Konrad von Kempten, spitzoval, 55:38 mm (II A 2b) sitzender Abt mit Infel, Buch und Stab, Umschrift: † s. cünrad. dei. gra. abb'is. mon. campidon. (Daumeneindruck). — 2. des Convents von Kempten, spitzoval, 75:58 mm (II B) die hl. Jungfrau mit dem Kinde. Umschrift: \* sigillvm. capitvli. (cam)pidonensis. eol'e. (Rückseite glatt, kaum merklich erhöht). Vgl. ausser den citierten Urkunden noch No. 747.

1288. Aug. 11. Salem. Rüdolfus miles et Burkardus germani dicti de Ramsberch et Rüdolfus filius quondam Burkardi militis dicti de Ettenberch, übergeben die Besitzungen,

mit denen von ihnen H. von Wintersulgen, Bürger in Pfullendorf, belehnt war — in Denkingin, in Benzenberch, in Hattenwiler et in loco dicto *Under Bach* ad culturam sex boum se extendentes —, nachdem dieser sie dem Kloster Salem übertragen und auf dieselben resigniert hatte, auf seine Bitten diesem Kloster zu Eigenthum. Actum apud Salem anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXXXVIII<sup>o</sup>. III<sup>o</sup>. idus augusti, hiis testibus presentibus et ad hoc vocatis, scilicet discretis viris Petro Villico de Lfvtgaringin, Bur(cardo) et H. de Augia Maiore, fratre Rûperto, priore in Salem, H(ainrico) de Isinina, cellerario maiore, Wernhero grangiaro, Ũlrico de Rotwil, cellerario minore, Bur(cardo) de Bfrector, H(ainrico), quondam decano in Ilmense, Dietrico de Bermetingin, fratribus monachis ibidem, aliisque pluribus viris probis. Es siegeln die Aussteller und Graf Berthold von Heiligenberg, Canonicus von St. Johann in Konstanz.

741.

Cod. Sal. III, 51. Reg. Ztschr. 3, 237.

1288. Aug. 16. Salem. Graf Mangold von Nellenburg beurkundet, dass Heinrich von Magenbuch Güter zu Arnoldsberch, mit welchen dieser von ihm, er selbst von König Rudolf belehnt war, mit seiner Zustimmung an das Kloster Heggbach verkauft habe.

742.

Manegoldus, dei gratia comes de Nellenburch, universis hanc paginam inspecturis rei geste noticiam cum salute. Ne contractus bone fidei consensu mutuo celebrati per processum temporis a memoria recedant humana, dictis testium et literarum indiciis debent tenaci et incommutabili memorie commendari. Eapropter noverint universi tam posteri quam presentes, quod Hainricus strennuus miles dictus de Magenbvch possessiones sitas in Arnolzberch universas, quas a nobis in pheodum tenuit et possedit, nos vero a serenissimo domino R(üdolfo), dei gratia Romanorum rege, cum omnibus suis pertinentiis, agris scilicet cultis et incultis, viis, inviis, pratis, pascuis, silvis, virgultis, aquis, aqueductibus, curtibus et omnibus aliis iuribus tam corporalibus quam incorporalibus eisdem possessionibus intus et extra pertinentibus, consensu nostro pleno et expresso, Rûdegeri fratris sui aliorumque omnium, [235] quorum intererat, concurrente, venerabilibus domine . . abbatisse et conventui monasterii de Heggbach, ordinis Cisterciensis, Constantiensis dyocesis, receptis ab eis viginti tribus

marcis puri et legalis argenti ponderis Constantiensis, quas se recepisse profitetur et in usus proprios convertisse, iusto venditionis titulo tradidit et donavit possidendas in perpetuum pacifice et quiete, adhibitis in premissis per nos et eum verborum ac gestuum sollempnitatibus debitis et consuetis, renuncians pro se suisque heredibus universis omni actioni, impetitioni, defensionis non adhibite sollempnitatis, beneficio restitutionis in integrum, exceptioni non numerate pecunie, non tradite, non solute, omni consuetudini tam loci quam patrie et omnibus aliis tam in genere quam in specie, per que dictus contractus posset in posterum quovis ingenio violari, ad prestandam nichilominus werandiam de omnibus et singulis premissis et ad faciendum omnia, que ad ratificationem eiusdem contractus predictis de Heggebach fore necessaria videbuntur, ubicumque, coram quocumque iudice, quandocumque fuerit requisitus, iuramento se obligans corporali. Ut autem ea, que premissa sunt, rata permaneant, presens instrumentum super hoc confectum conscribi fecimus et sigillo nostro videlicet et Hainrici prefati, universitatis civium in Mängen, Burcardi clerici de Laiterberc, rectoris ecclesie in Ineringin, prefatis de Heggebach porreximus communitum. Actum apud Salem anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXXXVIII<sup>o</sup>. XVII<sup>o</sup>. kalendas septembris, subnotatis testibus presentibus et rogatis, strennuis viris videlicet Hainrico ministro de Phullendorf, Hainrico dicto Grämlich, militibus, Rûdegero dicto Rûprecht, cive in Ezzelingin, Walthero de Rinderbach, Ziutelmanno de Niurtingin juniore, Hainrico dicto Ohsobach, Eggehardo de Ostrah, Walthero et Burcardo dictis de Wûluelingin, Hainrico de Swarzah, Ortolfo de Buwenburc, Cûnrado de Talhain, Wernhero dicto Hannebiz, Cûnrado de Brâmin, Wernhero dicto Arzat, Cûnrado dicto der Locherâr, Ber(htoldo) dicto Schÿheli, Hartmanno et Ûlrico dictis Durnâr, Berhtoldo de Landoŵ, [236] civibus in Mängen, de fratribus vero de Salem Rûperto priore, Hainrico cellerario maiore de Ysni, Hainrico de Ilmense, Burcardo de Burctor, monachis aliisque pluribus probis viris. Ego H(ainricus) prefatus de Magenbÿch omnia et singula premissa, prout premissa sunt, esse vera profiteor et per me facta, renuncians, ut prescriptum est, pro me meisque heredibus universis omni iuri, quod mihi in predictis possessionibus competeat vel competere videbatur, ad prestandum weran-

diam et ad faciendum omnia, ratificationi sepedicti contractus necessaria, sub appensione sigillorum predictorum et mei, ut dictum est, iuramento me obligans corporali. Nos quoque Waltherus de Incsteten totaque universitas civium in Mängen omnia et singula premissa vera esse profitemur et ad petitionem partium nostrum sigillum huic appendimus instrumento pro testimonio et cautela omnium premissorum, presertim cum dilecti in Christo . . abbas et conventus monasterii de Salem sepefatas possessiones ab eodem H(ainrico) de Magenbŷch voluissent antea comparasse et, ipsis non valentibus eas iuste et pacifice possidere, idem H(ainricus) ipsas possessiones iuste et legaliter, ut dictum est, in monasterium de Heggebach transtulisset. Ego quoque Burcardus prenotatus de Laiterberg renuncio pro me meisque heredibus universis omni iuri, si quod in eisdem possessionibus habere videbar, et ad desistendum in posterum ab impetitione sepedictarum possessionum iuramento me corporali astringisse profiteor per presentes, meo sigillo hanc literam muniendo pro cautela.

Cod. Sal. III, 234 No. CXCH. Ueberschrift (roth) Super possessionibus in Arnoltsperc, quas H. miles de Maginbŷch vendidit dominabus in Heggebach, que, quia regio instrumento munite sunt, quo nos caremus, ius suum, quantum ad istud instrumentum, nobis contulerunt pro reconpensa. Regest: Ztschr. 1, 79.

1288. Aug. 22. Pfullendorf. Sept. 4. Salem. Rŷdolfus miles et Burcardus de Ramsperch germani et Rŷdolfus, filius quondam Bur(cardi) militis de Ettenberch ŷbertragen, auf Bitten des H. von Wintersulgen, Bŷrgers in Pfullendorf, alle ihre Rechte an den zwei Theilen des grossen und kleinen Zehnten in Cragenrieth und des Zehnten in Egge mit den dort gelegenen Aeckern (ad culturam duorum boum se extendentes), welche derselbe von ihnen zu Lehen trŷgt, an das Kloster Salem. Actum apud Phullendorf anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> [LXXX] VIII<sup>o</sup>. IX kalendas septembris, presentibus hiis testibus et ad hoc vocatis, videlicet viro strennuo H(ainrico) dicto Gramelich, Rŷdolfo de Nuwenhusen, H(ainrico) dicto Ohsobach, Bur(cardo) de Wŷlvelingen, Alberto de Ertingen aliisque pluribus fide dignis, consumatum vero in Salem anno predicto pridie nonas mensis eiusdem.

743.

Cod. Sal. II, 251.

1288. Aug. 27. Salem. Wernherus de Raderaj dictus Gniftinc verkauft an das Kloster Salem die Besitzungen zu Hegebahe, genannt *Renhartes güt*, welche Hainricus de Hegebahe von ihm zu Lehen trug, nach erfolgter Resignation desselben um ein Pfund Pfennig, welche er von dem genannten erhalten. Actum apud Salem anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> octogesimo octavo, sexto kalendas septembris, presentibus hiis testibus et rogatis, videlicet discretis viris Arnolde de Merspurc, Hainrico de Ankenrûte, Cûnrado dicto Reschell, Berhtoldo ministro in Martorf, Hainrico cellerario, Hainrico Mêdelingo, Dêthelmo de Riethusen, honorabili viro plebano de Witenhouen, Eber(hardo) Ūl(rico) de Bodemin, fratre Eber(hardo) de Steggeboron, monacho in Salem, Manegoldo dicto Tumbe, Eber(hardo) magistro hospitum, conversis ibidem aliisque pluribus probis viris. 744.

Perg. Or. Salemer Hand. Siegel des Ausstellers aus Malta an Pergamentstreifen wie an No. 564. (Rückseite etwas erhöht mit 5 Einkerbungen.) Cod. Sal. III, 117 No. CVIII.

1288. Aug. 29. Markdorf. Ūlricus de Marchdorf übergibt eine Wiese in Niderostenwiller, welche Cunradus dictus Bõnte von ihm zu Lehen trägt, an das Kloster Salem um 4<sup>1</sup>/<sub>2</sub> Pfund Konstanzer Pfennig verkauft und ihm resigniert hat, dem genannten Kloster zu Eigenthum und verpflichtet sich zur Gewährleistung für sich und seinen Bruder, Cunradus, rector ecclesie in Sulgen. Actum apud Marhdorf anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> octogesimo octavo, IIII. kalendas septembris, subnotatis testibus et rogatis, honorabilibus videlicet viris Cuonrado plebano de Wittenhouen, Hainrico plebano de Liukilch, Rûdolfo plebano de Waltramswiller, Alberto Pincerna, rectore ecclesie in Bermetingen, strennuis viris Hainrico Pincerna seniore, Cûnrado et Nicolao fratribus de Hermensdorf, Rûdolfo de Oberriedern, Cûnrado de Mânlishouen, militibus, Hainrico dicto Mosherre, Burcardo de Wiluelingin, Hainrico dicto Stiere, de fratribus vero de Salem Wernhero grangiaro, monacho, Hainrico, quondam decano in Ilminse, Dietrico de Bermetingin, noviciis in Salem, aliisque pluribus probis viris. 745.

Perg. Or. Salemer Hand. Das Siegel des Ausstellers aus Malta an Pergamentstreifen wie an No. 717 (Daumeneindruck). Cod. Sal. I, 317 No. CLXXXVII. Reg. Ztschr. 3, 237.

1288. Sept. 3. Ueberlingen. Abt Albert, der Decan und das Capitel zu Reichenau übergeben die Besitzungen zu Bamberg (Bamberch), welche der Ueberlinger Bürger Heinrich Ahusær von ihnen gegen einen Jahreszins von  $\frac{1}{2}$  Viertel Wachs inne hatte und mit Zustimmung seiner Ehefrau Hylthe und seiner Kinder Rudolf und Adilhaidis um 60 Mark Silber an das Kloster Salem verkaufte, an das genannte Kloster zu vollem Eigenthum, im weiteren Verlauf der Abzahlung für ein Haus in Ulm.<sup>1</sup> Actum apud Vberlingen, anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXXXVIII<sup>o</sup>, tercio nonas septembris, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Hainrico dicto Grämlich, milite, cive in Phullendorf, Cûnrado dicto Andemorte, Ûlrico dicto Vogte, Hainrico dicto Shadman, Hainrico seniore dicto Ehingær, Hainrico, filo suo, Berhtoldo dicto Behaim, civibus in Vberlingen, de fratribus vero de Salem Rûperto priore, Hainrico cellerario maiore, Eberhardo de Stegborun, monachis et fratre Berhtoldo mercatore, converso ibidem aliisque pluribus probis viris.

746.

Perg. Or. Fremde, vermuthlich Reichenauer Hand. 2 Siegel aus Malta an Pergamentstreifen, des Abtes und des Capitels von Reichenau, bekannt (je mit 1 Daumeneindruck). Cod. Sal. I, 815 No. CCXXXV.

1288. Oct. 8. Konstanz. Bischof Rudolf II. von Konstanz bestätigt den durch die wörtlich inserierte Urkunde des Abts und Convents von Kempten vollzogenen Verkauf der Güter dieses Klosters zu Kirchberg an Salem (No. 739). Datum Constantie VIII. ydus octobris anno supradicto.

747.

Perg. Or. Fremde Hand, aber nicht jene des Kemptener Notars. Das Datum von anderer Hand geschrieben. Das bekannte Siegel des Ausstellers aus Malta hängt an Pergamentstreifen an (3 Daumeneindrücke). Cod. Sal. I, 308. Erwähnt Ztschr. 3, 237.

1288. Dez. 13. Rom. Papst Nicolaus IV. bestätigt alle Rechte und Freiheiten des Klosters Salem.

748.

Nicolaus episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis . . abbati et conventui monasterii in Salem || Cisterciensis ordinis, Constanciensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod iustum est et honestum, || tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Ea ||

<sup>1</sup> Vgl. die Urk. No. 511.

propter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris, Romanis pontificibus, sive per privilegia seu alias indulgentias vobis et monasterio vestro concessas, nec non libertates et exemptiones secularium exactionum a regibus et principibus ac aliis Christi fidelibus rationabiliter vobis indultas, sicut eas iuste ac pacifice obtinetis, vobis et per vos eidem monasterio auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et || beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursum. Datum Rome apud Sanctam Mariam maiorem || idus decembris, pontificatus nostri anno primo.

Perg. Or. mit der an rothen und gelben Seidenfäden anhängenden Bleibulle. Avers: nico||laus|| pp. IIII. Revers: die beiden je von einem Nimbus umgebenen Apostelköpfe, dazwischen ein Kreuz, darüber SPA. SPE. Rechts unten auf der Falte p. benet.

1289. Jan. 14. Konstanz. Der von Bischof Rudolf II. als Richter bestellte Keller Heinrich von Konstanz spricht dem Kloster Salem in einem Rechtsstreit gegen das Kloster Petershausen eine Wiese bei Spöck als Eigenthum zu. 749.

H(ainricus) cellerarius ecclesie Constantiensis, iudex unicus a venerabili patre ac domino R(üdolfo), dei gratia eiusdem ecclesie episcopo, specialiter deputatus, omnibus presentium inspectoribus salutem in domino. In causa, quam dilecti in Christo . . abbas [234] et conventus monasterii de Salem movent et moverunt Eberhardo, ministro honorabilis viri . . abbatis de Petri Domo, super prato dicto *in dem Riet*, sito prope villam Spekke, quod sibi asserebant iure domini pertine ex emptione possessionum facta a . . priorissa et sororibus apud pontem Reni Constantie per ipsos cum suis pertinenciis sitarum apud Spekke, quibus dicebant fore annexum ipsum pratum tempore emptionis, interloquendo pronunciavimus, ipsos . . abbatem et conventum admittendos fore ad probandum, quod ipsum pratum annexum fuerit dictis possessionibus tempore venditionis earundem facte . . abbati et conventui memoratis. Et quia termino ad hoc prefixo dicti . . abbas et conventus in hac parte intentionem suam plene pro-

baverunt, ipsis diffinitive scriptis presentibus, observato iuris ordine, adiudicamus pratum memoratum, salva ipsis petitione legitima expensarum. Datum Constantie anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXXXIX<sup>o</sup>. XIX<sup>o</sup>. kalendas februarii.

Cod. Sal. III, 233.

1289. Febr. 4. Rheineck. Hugo, dei gratia comes de Werdenberch et de Sancto Monte, übergibt das Eigenthumsrecht an Besitzungen in Vrikingen et in oppido volgariter dicto Willâr prope Vrikingen, welche von ihm Otto miles dictus *von Sant Ains* zu Lehen trug, nachdem dieser sie an das Kloster Salem verkauft und ihm resigniert hatte, dem genannten Kloster. Actum et datum apud Rinegge anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXXX<sup>o</sup> nono, pridie nonas februarii, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet strennuis viris domino Eber(hardo) de Vuntenah, Hermannno de Sulzeberc, Wilhelmo de Stainach, militibus, Cûnrado de Ramswach, Wernhero de Raderay, Egelolfo seniore de Altsteten, Dietrico de Nivuron, Hermannno de Stubun, Ūl(rico) fratre ipsius, Hainrico dicto Vinke, Gerungo de Löbегge, Arnoldo dicto [de] Mettenbüch, Alberto de Berge, Hainrico dicto Mûris, Swigero dicto Boginier, aliisque pluribus probis viris. 750.

Perg. Or. Wohl Salemer Hand. An Pergamentstreifen das Siegel des Ausstellers, aus Malta, wie an No. 709. Von dem Siegel sind mehrere Stücke abgebröckelt. Umschrift: († s. h.) *vgonis. com(itis). de. werdenherc(h).* Pferd und Lanze ragen in den Schriftrand herein. (Rückseite erhöht mit 3 langen und tiefen schräglaufenden Einschnitten.) Cod. Sal. III, 159 No. CXXXIII.

1289. Feb. 8. Messkirch. Anshelmus nobilis de Wildenstein übergibt das Eigenthumsrecht seiner Besitzungen in Vrikingen, *des Windesgût* genannt, welche Abt und Convent von Salem von dem Ehinger Bürger Zance kauften, dem genannten Kloster. Acta sunt hec apud Messekilch anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXXX<sup>o</sup> nono, VI. ydus februarii, presentibus hiis testibus et rogatis, videlicet honorando viro Rûdolfo, capellano dominarum de Walde, Cûnrado sacerdote, socio plebani de Messekilh, Johanne de Rehenowe, Burchardo de Sprittach, Nordewino, Ūlrico dicto Orhan, Ūlrico Hûrlinch, Walthero de Wûluelingen, Rûdolfo dicto Vröninch, fratre Hainrico, cellerario

maiore, Alberto de Ezzelingen, H(ainrico) de Ylminse, fratribus monachis in Salem aliisque pluribus probis viris. 751.

Perg. Or. Salemer Hand. Siegel des Ausstellers aus Malta an Pergamentstreifen, dreieckschildförmig, 40:30 mm (IV A 2), im Schild der Stufenschnitt. Umschrift: † s. anshelmi. iunioris. de. ivstingen. (Daumeneindruck.) Das Siegel ergibt, dass der Aussteller, ein Angehöriger des Geschlechtes der Justingen, sich nach seinem Wohnsitze von Wildenstein nennt. Cod. Sal. III, 154.

1289. Febr. 8. Messkirch. Derselbe übergibt eine Mühle zu Vrikingen und Güter daselbst sowie in Willær (opido prope Vrikingen), welche strenuus miles Otto dictus von Sant Ains und andere Güter in Vrikingen, welche Rudolf Wrðninch von ihm zu Lehen trugen und ihm resignierten, an das Kloster Salem. Actum und Zeugen wie in der vorigen Urkunde No. 751. Am Schlusse des Zeugenkatalogs nach den Salemer Mönchen noch: Hermannno de Aicheshain, H. servo cellerarii maioris. 752.

Perg. Or. Die nämliche Hand und die gleiche Besiegelung wie No. 751. Cod. Sal. III, 155.

1289. Febr. 13. Werdenberg. Hugo, dei gracia comes de Werdenberc et de Sancto Monte, übergibt auf Bitten strennui viri Ūlrici de Marhtorf, sui dilecti, dem Kloster Salem das Eigenthumsrecht der Mühle zu Altenbeuren (Altenbûron) und der dortigen Güter, welche die von ihm mit denselben belehnten Cûnradus et Berhtoldus germani dicti Rôbesvanz ihm resignierten und um 20 Mark Silber an das genannte Kloster verkauft hatten. Actum et datum in Werdenberc anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXXX<sup>o</sup> nono, idus februarii, presentibus hiis testibus et rogatis, videlicet strennuis viris Hermannno de Sulzeberc, Willehelmo de Stainahc, militibus, Ūlrico de Martorf, Wernhero de Raderai, Dietrico de Nûvron, Rûdolfo de Rosehahc, Hainrico dicto Steir, Johanne de Arlai, Egelolfo de Altsteten aliisque pluribus probis viris. 753.

Perg. Or. Salemer Hand von conceptartigem Charakter. Actum und Datum von anderer Hand und mit anderer Tinte beigefügt, so dass anzunehmen ist, dass der bis dahin reichende Theil des Textes fertig nach Werdenberg mitgebracht wurde. Siegel des Ausstellers aus Malta an Pergamentstreifen wie an No. 709. Rückseite (glatt) sehr wohl erhalten. Cod. Sal. III, 152.

1289. Feb. 26. Justingen. Anshelmus nobilis de Justingen übergibt die in No. 751 aufgeführten Besitzungen in Frickingen<sup>1</sup> dem Kloster Salem. Actum apud Justingen anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXXX<sup>o</sup> nono, quart<sup>o</sup> kalendas marcii, presentibus hiis testibus et rogatis, videlicet nobili viro Anshelmo de Justingen iuniore, Cûnrado de Yncsteten, Isengrin de Kvngesegge, fratre Hainrico cellerario maiore, monacho in Salem, fratre Gerungo dicto Eggehart, converso ibidem aliisque pluribus probis viris. 754.

Perg. Or. Die gleiche Hand wie No. 751 und 752. Siegel des Ausstellers an Pergamentstreifen aus Malta wie an No. 703 (Rückseite durch Fingerdruck erhöht). Der Aussteller ist demnach Anselm der ältere von Justingen und der unter den Zeugen genannte Anselm der jüngere von Justingen ist identisch mit dem Anselm von Wildenstein, Aussteller der Urk. No. 751 und 752. Das Actum ist von anderer Hand und mit anderer Tinte geschrieben. Es gilt also auch für diese Urkunde die Bemerkung zu No. 753. Cod. Sal. III, 158.

1289. Apr. 21. Konstanz. Heinrich, der Keller zu Konstanz, von Bischof Rudolf als Richter bestellt, entscheidet einen Rechtsstreit über Leibeigene zu Stetten zwischen Wolfram von Bernhausen und dessen Neffen einer- und dem Kloster Salem anderseits zu Gunsten des Klosters. 755.

Nos Hainricus, cellerarius ecclesie Constantiensis, iudex unicus a venerabili in Christo patre ac domino R(udolfo), dei || gratia episcopo eiusdem ecclesie, specialiter deputatus et cetera. In causa mota inter . . abbatem et conventum monasterii || de Salem ex una et Wolframum militem de Bernhusen necnon Wolframum et Marquardum fra||tres, filios Wolframi militis predicti, ex parte altera, lite legitime contestata, prestitutoque iuramento calumpnie et testibus receptis, ipsorumque depositionibus in actis redactis et sollempniter publicatis omnibusque aliis rite et legitime observatis, quia constitit nobis, quod Hiltrudis, uxor legitima Waltheri dicti de Steten necnon . . uxor legitima Otthonis de Steten, fratris Walteri predicti, unâ cum liberis et natis utriusque sexus, ad monasterium prelibatum iure servitutis pertineant, et quod prefatus Wolframus eiusque filii predicti predictos homines monasterio in Salem pertinentes impedian, ne . . abbati et conventui predictis nomine monasterii sui consweta et debita possint servicia ex-

<sup>1</sup> Hier heisst es in opido vulgariter dicto *ze dem Willer* prope Vrikingen.

hibere, nos, omnibus coram nobis actis diligenter perspectis, sapientum communicato consilio et dei nomine invocato, sententialiter diffinimus, prefatos . . abbatem et conventum monasterii memorati non esse ulterius impediendos per Wolframum prenommatum et eius filios, ne servicia consweta et debita a prememoratis Hiltrude, uxore legitima Walteri de Steten, et . . uxore legitima Otthonis de Steten et eorum natis et liberis utriusque sexus ipsis . . abbati et conventui exhibeantur nomine monasterii antedicti. Reservamus etiam predictis . . abbati et conventui expensas milite factas, per nos taxandas vel per ipsorum procuratorem legitime obtinendas. Datum Constantie anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXXXIX<sup>o</sup>. XI. kalendas maii, indictione II<sup>a</sup>.

Perg. Or. Fremde Hand. Siegel des Ausstellers befestigt wie an No. 432, aus Malta, dasselbe Siegel wie an No. 476, wo der Aussteller sich in der Urkunde Hainricus dictus de Wigoltingen, canonicus Constantiensis nennt.

1289. Apr. 27. Raderach. Wernherus de Raderay übergibt dem Kloster Weissenau (conventui Minoris Augie) das Eigenthumsrecht der Güter in Witenhouen, welche Heinrich Raschelin von Markdorf (Marchdorf) von ihm wie von seinen Vorfahren zu Lehen trägt. Er selbst, seine Gattin Adelheid und ihre etwaigen Kinder sollen indess auf Lehensdauer im Besitze der Güter bleiben. Datum in Raderay anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXXXIX<sup>o</sup>. V. kalendas maii, indictione II. 756.

Cod. Sal. II, 249 No. CCXLV. Das Kloster Weissenau übertrug dieses Eigenthumsrecht im Jahre 1294 an Salem.

1289. Mai 23. Munderkingen. Waltherus miles et Rudolfus dicti de Amarchingengn übergeben alle Güter in Betenbrunnen, welche Hainrich von Wintersulgen, Bürger zu Pfullendorf, von ihnen zu Lehen trug und ihnen resignierte, dem Kloster Salem zu Eigenthum Actum apud Mundrichingen anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXXXIX<sup>o</sup>. IX. kalendas junii, presentibus hiis testibus et rogatis, videlicet<sup>1</sup> sculteto dicto Stöphe de Mundrichingen, Jacobo et Wern(hero), servis domine [de] Kvngesegge, relicte quondam H(ainrici) militis de Anmarchingengn, fratre Gerungo dicto Eggehart, fratre in Salem, Cûnrado, servo ipsius, dicto Honberch aliisque pluribus probis viris.

757.

<sup>1</sup> Lücke im Or.

Perg. Or. Salemer Hand. 2 Siegel an Pergamentstreifen aus Wachs:  
 1. des Walther von Emerkingen, rund, 40 mm (IV A 2) im Dreieckschild der in den Schriftrand mit seinen Ecken hereinragt, ein Doppelhaken. Umschrift: † **s. waltheri. de. anemerkingen.** (durch Fingerdruck erhöht), — 2. des Rudolf von Emerkingen, dreieckschildförmig, 40:30 mm (IV A 2), im Schilde das gleiche Wappenbild. Umschrift (in der [herald.] rechten oberen Ecke beginnend) † **s. rvdol. de. anmergingen.** (Daumeneindruck.) Nach dem Wappenbilde gehören die Aussteller zu der in erster Reihe durch die Schenken von Schmaleck vertretenen, ausgebreiteten Familie. Cod. Sal. III, 286 No. CCXXXV. Reg. Ztschr. 3, 238.

1289. Juni 15. Konstanz. Juni 20. Rheineck. Dietrich, ein Ritter und Walther, sein Sohn, von Altstetten, genannt Maier, beurkunden den Verkauf von Gütern zwischen Montligen und Blatten, Lehen von St. Gallen, an das Kloster Salem. 758.

Universis hanc litteram inspecturis, Dietricus miles de Altstetten senior et Waltherus, filius ipsius, dicti Villici noticiam rei geste. Noverint universi tam || posteri, quam presentes, quod cum nos possessiones sitas inter Mvntigel et Blattvn, dictas vulgariter *daz gût zem Raine*, universas, quas ego Dietricus a || reverendo domino dei gratia . . abbate Sancti Galli iure tenui feudali, emptioni decrevissemus exponendas, et cum inter alios ad emptionem procedere volentes venerabiles in Christo dominus abbas et conventus monasterii de Salem utilius nobis et melius pretium obtulissent, easdem possessiones cum omni iure suo et attinentiis universis, agris videlicet cultis et incultis, pratis, pascuis, silvis, virgultis, viis, inviis et omnibus aliis tacitis et expressis antedictis possessionibus intus et extra pertinentibus, de consensu pleno et expresso Udelhilt, uxoris mee, videlicet Dietrici prefati, et aliorum omnium, quorum intererat, predictis de Salem, receptis ab eis iam ad manum decem marcis et dimidia puri et legalis argenti ponderis Constantiensis, vendidimus, tradidimus et donavimus, ab ipsis ipsorumque monasterio sine cuiusvis obice contradictionis inperpetuum libere possidendas, hac conditione adiecta, quod si nos ius proprietatis possessionum prefatarum a domino . . abbate predicto Sancti Galli vel successore, qui tunc pro tempore prefuerit, de consensu sui capituli a festo Sancti Galli proximo venturo infra biennium eisdem de Salem et ipsorum monasterio acquisierimus bona fide, ipsi extunc nobis tres marcas et dimidiam teneantur integraliter assignare; sin autem nos ius proprietatis ipsarum possessionum,

ut dictum est, de manu domini sepedicti et sui capituli conquirere non valuerimus, iidem de Salem de solutione trium marcarum et dimidia libere absolvantur et ius proprietatis prenominationum sibi conquirant, prout ipsis visum fuerit expedire. Profitemur insuper presentium per tenorem, nos pecuniam prenotatam, decem marcas videlicet et dimidiam, recepisse et in usus proprios contulisse, et quod nos possessiones sepedictas, ad cavendum indemnitati eorundem de Salem, Cûnrado dicto Goldast, Cûnrado dicto Tottenaicher, Ber(htoldo) dicto Schallenberg et Hainrico dicto Vederli, civibus Constantiensibus, nomine dictorum de Salem concessimus titulo feodali libere possidendas, obligantes nos, fide prestita nomine iuramenti, ad faciendum omnia, que ad ratificationem predicti contractus sepefatis de Salem visa fuerint expedire, videlicet ad resignandum, ad prestandum warandiam et ad faciendum generaliter et specialiter omnia, que ipsis placuerint, ubicunque, quocienscumque, coram quocumque iudice fuerimus requisiti, adhibitis in premissis omnibus et singulis verborum ac gestuum sollempnitatibus debitis et consuetis. Renunciamus igitur circa omnia premissa et quodlibet ex eisdem omni actioni, impetitioni, defensionis non adhibite sollempnitatis, beneficio restitutionis in integrum, omni consuetudini tam loci quam patrie et omnibus aliis tam in genere, quam in specie, per que predictus contractus in posterum posset quovis ingenio violari, pro nobis nostrisque heredibus universis. In cuius itaque evidentiam presens instrumentum sepedictis . . abbati et conventui de Salem nostrorum sigillorum porreximus communitum. Actum apud Constantiam anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXXX<sup>o</sup> IX<sup>o</sup>. XVII<sup>o</sup>. kalendas julii, presentibus hiis testibus, videlicet nobili domino Ūlrico de Guttingen, Hugone dicto *in der Bunde*, Rûd(olfo) dicto Hopper, . . dicto Schalritter, fratre H(ainrico) de Isenina, cellerario maiore et fratre Eber(hardo) dicto de Stekboron, monachis in Salem. Consumatum vero aput Rinegge eodem anno XII. kalendas julii, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet domino Ūlrico de Guttingen predicto, honorabili viro sacerdote dicto de Bol, viris strennuis Cûnrado seniore, Cûnrado filio suo, dictis de Grimmenstain, Bur(cardo) [et] H(ainrico) Advocatis dictis de Wartense, germanis, militibus, Cûnrado dicto Alte, Ber(htoldo) dicto Slôzer, Wern(hero), civibus in Rinegge, aliisque pluribus fidedignis.

Ego<sup>1</sup> Ūdelhilt prefata omnia et singula premissa sub sigillis . . mariti mei et filii prefatorum profiteor esse vera, renuncians omni iuri, quod mihi in possessionibus sepedictis quacumque ex causa vel quocumque modo competebat vel competere videbatur.

Perg. Or. Vermuthlich Salemer Hand. Die letzten Zeilen von Actum an enger und kleiner — aber von derselben Hand — geschrieben, wohl aus Rücksicht auf die Grösse des Pergamentes. Zwei Siegel aus Malta an Pergamentstreifen: 1. des Dietrich von Altstetten, rund, 40 mm (IV A 2) der in den Schriftrand hereinragende Dreieckschild fünfmal getheilt. Umschrift: † s. dietrici de. altste(tte)n. (durch Fingerdruck erhöht). — 2. des Walther von Altstetten, rund, 44 mm (IV A 2) das Siegelfeld damasciert, der Dreieckschild fünfmal getheilt. Umschrift: † s. waltheri. de. altstetten. (durch Fingerdruck erhöht mit 2 tiefen Einkerbungen). Cod. Sal. III, 240. Druck: Ztschr. 11, 36. Vgl. unten die Urk. v. 1291 Jun. 21.

1289. Juli o. T. Salem. Hainricus miles dictus de Nûvron verzichtet auf das ihm zustehende Recht an den Gütern zu Mittelstenweiler (Metemostenwiler), welche er im Namen des Rudolf Swende von der Aebtissin des Klosters Lindau zu Lehen trug und welche diese an das Kloster Salem verkauft hat, in die Hände des Priors R(udolf) und des Großkellers H(einrich). Datum et actum apud Salem anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> octogesimo nono, mense julio, presentibus hiis testibus et rogatis, videlicet dominis Ūlrico de Schellenberch, Hainrico dicto Gremelich, ministro de Phullendorf, militibus, de fratribus autem de Salem Rûperto priore, Hainrico cellerario maiore, Dietrico de Bermetingin, monachis aliisque pluribus probis viris.

759.

Perg. Or. Salemer Hand. An einem sehr langen Pergamentstreifen das Siegel des Ausstellers aus Malta wie an No. 560 (2 Daumeneindrücke). Cod. Sal. III, 266.

1289. Juli 27. Ueberlingen. Oct. 1. Rickertsweiler. Goswin und Burkard von Hohenfels schlichten einen Streit zwischen dem Kloster Salem und Heinrich Bletz und dessen Ehefrau Willeburgis über Güter in Rickertsweiler.

760.

Universis presentis pagine inspectoribus Gôswinus miles et Burcardus germani de Hohenuelse noticiam rei geste. || Ne lites decise per concordiam recidivent, litterarum debent testimoniis perhennari. Noverint igitur universi, ad quos pre||sentes

<sup>1</sup> Auch im Or. a linea.

pervenerint, quod cum inter venerabiles in Christo . . abbatem et conventum monasterii de Salem ex una, Hainricum dictum || Bletz et Willeburgim, uxorem ipsius, ex parte altera super possessionibus sitis in Rigerswiler, omnibus ecclesie in Wildorf pertinentibus questio verteretur, tandem ex parte prefatorum de Salem in viros strennuos Burchardum de Heggelnbach et Fridericum de Mænlishouen milites, ex parte vero Hainrici, famuli nostri, et . . uxoris sue prefatorum in Rûd(olfum) de Wolfurt et . . dictum Lôber milites extitit compromissum, tamquam in veros arbitros, illi vero virum strenuum Hainricum, ministrum de Phullendorf, dictum Gremlich eligentes pro medio et communi, fuerunt concorditer arbitrati, quod Hainricus et Willeburgis predicti possessiones easdem a rectore ecclesie in Wildorf in feodum se habere probarent, ut asserebant, per vivos testes vel per publicum instrumentum concessionem continens et nomen rectoris ecclesie sepedicte, quod cum facere se non posse profiterentur, iidem arbitri per medium, quem assumpserant, prefatos de Salem nomine ecclesie memorate ab impetitione Hainrici et Willeburgis antedictorum denunciaverunt publice absolutos, possessiones prenotatas ipsi ecclesie adiudicantes iusticia mediante. Actum apud Vberlingen anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXXX<sup>o</sup> nono, VI. kalendas augusti, presentibus hiis testibus et rogatis, videlicet viro religioso fratre Helwigo de domo hospitalis Sancti Johannis, viris discretis Ūlrico dicto Vogt, Hainrico Ehingario seniore, H. filio ipsius, Alberto de Hôdorf, Ber(htoldo) dicto Rôber, Jo(hanne) filio ipsius, H. dicto Gabel, H(ainrico) cellerario maiore in Salem, H(ainrico) de Ilmense monacho ibidem, aliisque pluribus fide dignis. Verum quia H(ainricus) et Willeburgis sepefati iuri, siquid habebant in ipsis possessionibus, secundum premissum arbitrium renunciare contempserunt, per eosdem de Salem excommunicationis fuerunt vinculis innodati, tandemque ut absolutionis beneficium consequi valerent, iuri, si quid habebant vel habere videbantur, renunciare sunt compulsi ad manus Gebzonis, viceplebani in Wildorf, in loco prenotato videlicet in Rigerswiler, hiis testibus presentibus, eodem anno kalendis octobris, videlicet C. dicto Haldener, C. Crumphar, C. dicto Albreht, Ortolfo dicto Segener, C. dicto Simeler, R. Pergamenario, Gerungo dicto Ekhart, fratribus conversis in Salem, aliisque pluribus probis viris. In horum igitur om-

nium evidenciam .hanc litteram predictis domino abbati et conventui nostris sigillis porreximus communitam. Nos H(ainricus) et Willeburgis prenotati omnia et singula premissa vera esse profitentes, sub appensione sigillorum dominorum nostrorum de Hohenuelse prefatorum, renunciamus omni iuri tam in genere quam in specie, quod nobis in possessionibus sepedictis competeat vel competere videbatur pro nobis nostrisque heredibus universis.

Perg. Or. Fremde Hand. Mit den wie an No. 432 befestigten Siegeln der Aussteller aus Malta, wie an No. 722 (je mit einem Daumeneindruck). Cod. Sal. III, 246 No. CCII.

1289. Sept. 18. Markdorf. Der Landrichter Swigger von Deggenhausen beurkundet, dass Cûnradus dictus Gattenhaimer, famulus monasterii de Salem, mit Zustimmung seiner Ehefrau Cristine, alle seine Besitzungen in Vizzenwiler, genannt *Vizzenhaimsgût*, die ihm eigenthümlich gehören, sowie einen Obstgarten (pomerium) daselbst und eine Wiese in Wengelingen, genannt *der bröle*, welchen er von dem genannten Kloster als Zinslehen besitzt, demselben zu Eigenthum übertragen habe. Actum apud Martorf, anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXXXIX<sup>o</sup>. XIII. kalendas octobris, hiis testibus presentibus et rogatis, videlicet honorandis viris Alberto rectore ecclesie in Vrnöwe, Ber(htoldo) socio ipsius, dicto Sahse, Bur(cardo) viceplebano in Bvnde, sacerdotibus, Hainrico edituo, H. dicto Wattenberch, clericis, H. dicto Pauai, Ber(htoldo) ministro, Ja(cobo) de Bermetingen, Nycolao de Bunkouen, H. dicto Zolner, H. dicto Schülle, civibus in Martorf aliisque pluribus probis viris. 761.

Perg. Or. Fremde Hand. Siegel des Ausstellers aus Malta an Pergamentstreifen wie an No. 621 (gratartig erhöht mit 3 Einkerbungen). Cod. Sal. III, 232 No. CLXXXIX.

1289. Oct. 2. Seefeld. Dekan und Capitel der Domkirche zu Konstanz beurkunden einen mit dem Kloster Salem vollzogenen Tausch von Gütern und Zehnten zu Kaltbrunn und Gerboltswiler. 762.

In nomine domini amen. Nos R. decanus totumque capitulum ecclesie Constantiensis profiteamur publice per presentes, quod nos || de communi consilio et assensu, dilectorum in Christo domini . . abbatis et conventus monasterii de Salem postulationibus inclinati, || duos agros sitos apud Kaltenbrunnen, quorum unum excoluit Cûnradus dictus Ziphel, alter autem

possessionibus dictis || vulgariter *des gût von Tannenvels* pertinebat, et pratum situm ibidem in vivario, quod iidem de Salem construxerunt, pro tribus aliis agris, uno vulgariter dicto *daz lant uf Blaichun*, altero, qui possessionibus, quas excolit Ūlricus de Watte pertinere dinoscitur, tercio<sup>1</sup> vero possessionibus dicti vulgariter Schrodell attinenti, predictis de Salem nomine commutationis seu concambii dedimus, ab ipsis ipso-  
rumque monasterio in perpetuum libere possidenda, presertim cum Burcardus dictus Hûg de Vldingen, Cûnradus de Gerbolts-  
wiler, Ūlricus dictus Vederli, C. dictus Hôbet, Ber(htoldus) de Nusdorf, H. dictus Aigelli, quibus nos in predictam commutationem, ut ecclesie nostra indempnis permaneret, commisimus vices nostras, iuramento firmaverint corporali, quod agri prenotati, quos a prefatis de Salem in commutationem recepimus, melioris conditionis sint, quam agri et pratum, que nos ipsis dedimus pro eisdem. Preterea decimam feni, quam de pratis quibusdam in vivario constitutis percipere deberemus, annuatim ad unum solidum per predictos viros estimatam, et unam karratam feni, quam iure decime in Kaltenbrunnen hactenus percepimus, eisdem de Salem cum iure, quod nobis ibi pertinebat, pro iure advocatie in Gerboltswiler, quod ipsis unum modium avene et quinque solidos denariorum annis singulis persolvebat, etiam nomine commutationis et concambii dedimus et in ipsos ipsorumque monasterium transtulimus et transferimus per presentes. Renunciamus igitur pro nobis nostrisque, qui pro tempore fuerint, successoribus omni iuri, quod nobis in agris et decimis prenominationis competebat vel competere videbatur. In cuius facti evidentiam et robur perpetue firmitatis presentem literam sigillo nostri capituli sepedictis de Salem porreximus communitam. Actum apud Seuel anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXXXIX<sup>o</sup>. VI. nonas octobris, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet H. dicto Buggensegel C. dicto Schvler, C. dicto Waibel, Bur(cardo) dicto de Grasebûrron, C. Fabro, Ber(htoldo) de Langenowe, H. dicto Itun sun, Hermanno Villico, Ber(htoldo) dicto Burst, aliisque pluribus probis viris.

Perg. Or. Fremde, wohl Konstanzer Hand. Siegel des Domcapitels bekannt, aus Malta, an Pergamentstreifen (Rückseite durch Fingerdruck erhöht, mit 3 ganz kurzen Einschnitten). Cod. Sal. III, 243 No. CXCVIII.

<sup>1</sup> Von hier an andere Tinte.

1289. Oct. 28. Mengen. Hainricus<sup>1</sup> advocatus dictus de Hettelingen et consules civitatis in Mängen beurkunden, dass die Brüder Heinrich und Hermann Golenze, nachdem sie in einem Streite mit dem Kloster Salem über gewisse der Kirche zu Weildorf (Wildorf) gehörige Güter in Rickertsweiler (Riggerswiler) übereingekommen waren, die Entscheidung dem Kirchner Cuno in Mengen und dem dortigen Bürger Berchtold zu überlassen, auf deren Ausspruch hin gegen eine Summe von 2 Pfund und 5 Schilling Konstanzer Pfennige allen ihren Rechten an die genannten Güter eidlich (*prestita iuratoria cautione*) und unter dem Siegel der Stadt entsagten. Actum apud Mängen anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXXX<sup>o</sup> nono, quinto kalendas novembris, presentibus hiis testibus et rogatis, videlicet discretis viris Hainrico de Swarzach, Cünrado dicto Schv̄heli, Werhero dicto der Arzat, Hainrico Bezeli, Ūlrico Precone, Burcardo Sutore, Ūlrico de Haingingen, Werhero Gerbot, civibus in Mängen, aliisque pluribus fidedignis. 763.

Perg. Or. Fremde Hand. Siegel der Stadt Mengen aus Malta, an Pergamentstreifen, dreieckschildförmig, 45:35 mm (IV A 2), im Schilde ein nach rechts aufsteigender Löwe, links von demselben ein stehender Mond (?). Umschrift: † s. *universitatis. civium. i. mängen.* (Rückseite gratartig erhöht mit 3 kurzen Einschnitten.) Cod. Sal. III, 247 No. CCIII.

1289. Oct. 31. Otterswang. Hermannus Pincerna de Otelzwanch genehmigt, dass Hainricus de Diepolzwiller seine Besitzungen in Sigemarsruti und in Diepolzwillâr (ad culturam duorum boum se extendentes) an das Kloster Salem verkaufe. Actum apud<sup>2</sup> Otelswanch anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXXXIX<sup>o</sup> pridie kalendas novembris, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Gerungo dicto der Wirte, . . dicto Stegeli, fratre H(ainrico) de Ilminse, monacho in Salem, H. dicto Cläffeli, servo ipsius, aliisque pluribus fide dignis. 764.

Perg. Or. Salemer Hand. Siegel des Ausstellers aus Malta an Pergamentstreifen, wie an No. 545. (Rückseite stark erhöht, mit 3 tiefen Einkerbungen.) Cod. Sal. III, 277 No. CCXXVII.

1289. Nov. 14. Ehingen. Ūlricus comes de Berge überlässt dem Kloster Salem die drei Theile des grossen und kleinen Zehnten in opido dicto Staingunstetten, der im Ganzen nur

<sup>1</sup> Der Name von anderer Hand mit anderer Tinte nachgetragen. —

<sup>2</sup> Von hier an grössere Schrift und andere Tinte.

vier Theile umfasst, welche der von ihm mit demselben belehnte Cûnradius dictus Tattan de Swainhusen um 14 Pfund Heller demselben verkauft und ihm resigniert hatte, diesem Kloster zu rechtem Eigenthum. Actum apud Ehingen anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXXX<sup>o</sup> nono, XVIII. kalendas decembris, presentibus hiis testibus et rogatis, videlicet Cûnrado de Volkershain, Hainrico dicto Craft, viris discretis Cûnrado ministro dicto Zæhe, Bertoldo dicto Kindeler, Cûnrado Fabro de Hailingen, Hainrico medio cellerario in Salem dicto Gehûrne, aliisque pluribus probis viris. 765.

Perg. Or. Fremde Hand. Siegel des Ausstellers aus Malta an Pergamentstreifen, rund, 60 mm, im damascierten Siegelfeld der fünfmal schräggetheilte Schild. Umschrift: † sigillvm. wlrici. comitis. de. berge. (drei Daumeneindrücke). Cod. Sal. III, 255 No. CCXI. Reg. Ztschr. 3, 482.

1289. Dez. 12. Buchhorn. Hugo, dei gracia comes de Werdenberch et de Sancto Monte, übergibt auf Bitten Friderici militis de Mænlishouen das Eigenthumsrecht der Besitzungen in loco dicto volgariter *zem Wiler ob Frikingen*, welche dieser von ihm zu Lehen trug und seither einer Namens *der Lange* baute, dem Kloster Salem. Actum apud Büchorn anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXXX<sup>o</sup> nono, II. idus decembris, presentibus hiis testibus et rogatis, videlicet nobili viro domino Hainrico de Belmunt, strennuis viris Hainrico de Mænlishouen, Her(manno) dicto Schambeler, Hainrico dicto Mûris, Ottone de Santains, militibus, Her(manno) dicto Loser, Ar(noldo) de Mettenbüch, Her(manno) de Löbегge, H. Mûris seniore, H. de Wachingen et Her(manno) dicto Witzige aliisque pluribus fidedignis. 766.

Perg. Or. Fremde Hand. Siegel des Ausstellers aus Malta an einem schmalen und sehr langen Pergamentstreifen, verkehrt anhängend, ziemlich beschädigt, wie an No. 750 (3 Daumeneindrücke). Cod. Sal. III, 256. Reg. Ztschr. 3, 238.

1290. Jan. 1. Wendlingen. März 28. Markdorf. Hugo Graf von Werdenberg und Heiligenberg beurkundet den Verkauf von Gütern zu Wendlingen durch Hermann Vinke, den Einsiedler, an das Kloster Salem. 767.

Omnibus hanc literam inspecturis Hugo de Werdenberch et de Sancto Monte comes rei geste noticiam cum salute. Vergentis in senium seculi corruptela ad || lites et calumpnias facilis et proclivis monet ea, que inter homines rationabiliter

peraguntur, dictis testium et literarum serie perhennari. Noverint igitur universi tam || posteri quam presentes, quod Hermannus dictus Vinke, heremita, possessiones suas sitas in Wengelingen universas in agris cultis et incultis, pratis, pascuis, silvis, virgultis, || viis, inviis, aquis, aqueductibus, bannis, iurisdictionibus et omnibus aliis appendiciis et iuribus universis, possessionibus antedictis intus et extra pertinentibus tacitis et expressis, que quidem possessiones venerabilibus in Christo domino abbati et conventui monasterii de Salem iure proprietario omnes et singule pertinebant, de consensu pleno et expresso Mæthildis coniugis sue, Agnetis, Cristine, Engelburgis, Burkardi et Hermanni, liberorum suorum, quibus Hermannus prenotatus easdem possessiones omnes et singulas specialiter deputavit, et de consensu Hermanni dicti Vinke, fratruelis Hermanni heremite iamdicti, qui nomine Mæthildis prenotate et liberorum suorum prefatorum easdem possessiones tamquam fidelis portator gerebat, aliorumque omnium, quorum intererat, prefatis de Salem, receptis ab eis triginta quinque marcis argenti puri et legalis ponderis Constantiensis, quas se recepissee et in utilitatem suam et coniugis ac liberorum prefatorum suorum convertisse scriptis presentibus profitetur, iuste vendicionis titulo vendidit, tradidit et donavit ab ipsis ipsorumque monasterio in perpetuum libere possidendas et in quemcunque locum seu quascumque personas voluerint transferendas, renunciando pro se suisque heredibus universis omni iuri, tam in genere quam in specie, quod sibi in possessionibus sepedictis competeat vel competere videbatur. In huius igitur rei evidenciam et robur perpetue firmitatis presens instrumentum ad petitionem parcium nostri sigilli munimine fecimus communiri pro testimonio omnium premisorum. Actum apud Wengelingen anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> nonagesimo, kalendis januarii, presentibus hiis testibus et ad hoc vocatis, videlicet Burcardo milite dicto Vinke, Johanne de Riéthusen, Hainrico ministro dicto Moseherre, H. dicto Vinke, fabro, Cûnrado dicto Walther de Wengelingen. Consumatum vero apud Martorf eodem anno V. kalendas aprilis, hiis presentibus, videlicet honorabilibus viris Cûnrado de Martorf clerico, C. de Teggenhusen iuniore, C. plebano de Wittenhouen, Ja(cobo) dicto Bartholome, Hainrico dicto Zolner seniore, H. filio ipsius, Ber(toldo) ministro in Martorf aliisque pluribus

fidedignis. Nos Hermannus heremita, Mæht(hildis), Agnes, Cristina, Engelburgis, Burkardus et Her(mannus) prenotati omnia et singula premissa vera esse profitentes, renunciamus pro nobis nostrisque heredibus universis omni actioni, impeticioni, defensionis non adhibite sollempnitatis, exceptioni non numerate pecunie, non tradite, non solute, beneficio restitutionis in integrum et generaliter omnibus, per que dictus contractus posset quovis ingenio in posterum violari. Et ad prestandum warandiam ego Hermannus heremita sepedictus me obligo per presentes, quocienscumque ab eisdem de Salem fuero requisitus. Ego quoque Hermannus, fratrueles Hermannis iamdicti, profiteor, me resignasse easdem possessiones et renunciassse iuri, quod michi causa gestacionis predictæ vel alio modo competebat in possessionibus sepedictis. Et quia sigillis propriis non utimur, sigillo nobilis viri domini Hugonis de Werdenberch prenotati usi sumus pro testimonio omnium premissorum.

Perg. Or. Salemer Hand. Siegel des Ausstellers aus Malta, an schmalen Pergamentstreifen anhängend, wie an No. 750 (3 Daumeneindrücke). Cod. Sal. III, 280 No. CCXXX mit der unrichtigen, durch ein Schreibversehen zu erklärenden Jahrzahl M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> IX<sup>o</sup>.

1290. Jan. 4. Hasenstein und Hasenweiler. Cûnradus et Ortolfus de Hasenstein milites, germani, Hainricus miles et Ortolfus de Hasenwillâr, fratrueles predictorum übergeben die Güter, welche von ihnen Hainricus de Diepolzwiller in Diepolzwiller und Sigemârsruti<sup>1</sup> zu Lehen trug und ihnen resignierte, gegen Bezahlung von 6 Schilling Pfennig Konstanzer Münze an jeden von ihnen seitens des genannten Heinrich, an das Kloster Salem zu rechtem Eigenthum. Für des verstorbenen Burchard von Hasenstein, Ritter, minderjährigen Sohn Burchard, für den ebenfalls 6 Schill. Pfennig bezahlt sind, gibt sein Vormund (tutor seu curator) Quittung bezw. Verzichterklärung. Actum<sup>2</sup> pro me Cûnrado prenominato apud Hasenstein anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXXXX<sup>o</sup>. pridie nonas januarii, presentibus hiis testibus et rogatis, videlicet Hainrico, filio Ortolfi de Hasenwiler, Ber(tholdo) servo meo, Dietrico de Hasenstein, fratre H(ainrico) de Ilminse, monacho in Salem, fratre Alberto

<sup>1</sup> Hierzu bemerkt Cod. Sal. III, 276: Sigmarsrûti hând die von Wingen garten kouft umb apt Berchtolten. (Berthold II. war Abt 1358—72.) —

<sup>2</sup> Von hier an grössere Schrift (von der gleichen Hand) und andere Tinte.

de Diepolzwiller, converso ibidem, H. dicto Cläffeli, pro nobis vero Hainrico et Ortolfo prenotatis apud Hasenwiller, hiis testibus presentibus, anno prenotato et eodem die, videlicet H. dicto Winterbach, H. dicto Aggenbach, converso, H., servo meo, scilicet Ortolfi, fratre H(ainrico) de Ilminse, fratre Alberto converso de Salem predictis aliisque pluribus probis viris. 768.

Perg. Or. Salemer Hand. Von 6 Siegeln ist das 4. (das des Ortolf von Hasenstein) abgefallen. Die 6 Siegel waren bezw. sind mit nur 8 Pergamentstreifen an der Urkunde befestigt, so dass nicht die beiden Enden eines Streifens durch das Siegel gezogen sind, sondern immer nur je ein Ende. Von den Siegeln sind 1, 2, 3 u. 5 aus Malta, 6 aus Wachs. 1. des (minderjährigen) Burkard von Hasenstein, dreieckschildförmig 40:34 mm (IV A 2), unten ein Stückchen abgebröckelt, im Schilde der Doppelhaken. Umschrift: † s. bvrcardi. d(e). hasenstein. — 2. des (verstorbenen) Burkard von Hasenstein wie an No. 737. — 3. des Konrad von Hasenstein wie an No. 699. — 5. des Heinrich von Hasenweiler wie an No. 544 und 6. des Ortolf von Hasenweiler wie an No. 737. (Die Rückseiten sehr roh behandelt mit ungleichmässigen Daumeneindrücken. Nur bei No. 5 ist die Rückseite gratartig erhöht mit 2 Einschnitten.) Als bemerkenswerth ist zu notieren das Anhängen der Siegel eines Minderjährigen (1) und eines Verstorbenen (2). Ueber die nachträgliche Eintragung des Actum vergl. die Bemerkung zu No. 737. Cod. Sal. III, 276 No. CCXXVI. Reg. Ztschr. 3, 238.

1290. Jan. 21. Salem. Hainricus Pincerna senior dictus de Schmalnegge beurkundet, dass Cōnradus miles dictus de Wiler, Hainricus et Ulricus, germani, fratruales ipsius, einen an den Hof zu Kilchperch anstossenden Acker und einen Obstgarten (pomerium) in Enehouen, welche dem Kloster Salem eigenthümlich zustehen, um 30 Schilling Konstanzer Pfennig demselben verkauft und übergeben und dass ferner die obgenannten Heinrich und Ulrich den sechszehnten Theil des Waldes *zum langen Ruine* mit Grund und Boden, der an die Besitzungen in Hagenöwe anstösst, vergabt haben, und besiegelt den Brief auf Bitten der vorgenannten von Weiler. Actum apud Salem anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XC<sup>o</sup>. XII. kalendas februarii, hiis testibus presentibus et ad hoc vocatis, videlicet strennuis Her(manno) de Sulzperch, Fr(iderico) de Mænlishouen, militibus, Friderico, filio predicti de Mænlishouen, Hainrico cellerario maiore, H(ainrico) de Ilmense, monachis in Salem, Ber(tholdo) mercatore, converso ibidem aliisque pluribus fidedignis. 769.

Perg. Or. Salemer Hand. Siegel des Ausstellers aus Malta an Pergamentstreifen anhängend, wie an No. 390. (Daumeneindruck.) Cod. Sal. III, 250 No. CCVI.

1290. Jan. 28. Levertswiler. Ortolfus de Laitherberch, rector ecclesie *ze dem Woluarns* verfügt, dass alle seine Besitzungen in Levertswiler (Lâphiswiler), welche er vor einigen Jahren testamentarisch dem Kloster Salem vermachte, deren Nutzniessung auf Lebenszeit er sich jedoch gegen Entrichtung eines Jahreszinses vorbehalten hatte, schon jetzt völlig und ungeschmälert in das Eigenthum des genannten Klosters übergehen sollen. Actum apud Lâphiswiler anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XC<sup>o</sup>. V<sup>to</sup> kalendas februarii, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet honorandis viris . . viceplebano de Ostrach, . . capellano dominarum de Habstal, Rûperto priore, Wern-(hero) grangiaro, H(ainrico) medio cellerario dicto Gehûrne, H. de Schafusa, Alberto Pistore, H(ainrico) de Ylminse, fratribus monachis in Salem, Gerungo dicto Eggehart, H. dicto Wekshit, conversis ibidem aliisque pluribus probis viris 770.

Perg. Or. Salemer Hand. Siegel des Ausstellers aus Malta wie an No. 573, befestigt wie an No. 432 (Rückseite etwas erhöht mit 5 Einschnitten). Vgl. die Urkunden No. 490, 573, 576 und 577.

1290. Febr. 14. Pfullendorf. Abt Ulrich und die Sammlung zu Salem kaufen von Rudolf von Tannheim und seiner Hausfrau Demut den Hof zu Kalkofen mit allen dazu gehörigen Gütern. 771.

In dem namen dez vater unde dez suns unde dez hailigin gaistis. Wir der abt Ūlrich unde diu samenunge von Salmanswiler, dez ordins von Zitels, kûndent allen den, die || disen brief lesent alder horent lesen: Do der herre Rûdolf von Tanhain, ain ritter, unde sin husvrowe, vro Diemût us uf gabent unde ledic liezzent den hof ze Kalcouen unde alles daz, || das darzû horet, unde daz gût ze Owingen unde daz ze Bruggenvelt unde daz ze Vrikingen unde die wingarten, die darzû horent, unde daz gût an den Staigun unde daz ze Riggârs||ruti mit allem dem, daz ze disen vorgeordneten gûtirn allen horet in akirn, en wison, en holt unde en velde, bi wasen unde en zwege, gesûchte unde ungesûchte, diu er unde sin husvrowe von ūs hettunt, umbe ainen iarigen zins, dez waz ain halb phunt wahsez, daz wir do gelobtun, in baiden,

im unde siner husvrowun, vron Diemût alliu iare ze gende unze an ir beder tot, ze sant Martins mis niunzehen malter vesu bi den besten unde niunzehen maltir habirn oh bi den besten Ubirlingârs mez unde viunfthalt phunt phennenge Kostenzâr unde vierhundert gancvische unde vier kaze der grozzo unde vier bolstirshûhe unde ain phunt phennenge fur aiger unde fur hûnr, diu diu vorgeņemtiu gût gultent, unde ain fûdir wines us dem garten ze Muron, Vberlingâr messes. Unde wil er gen Kostenz sich ziehen ze wesende, swenne er daz tûn wil unde us daz vor sant Johannis mis des tôfars ainen manot vor seit, so sulen wir im unde siner husfrowun der zwaige huser, diu wir haben bi vron Hailun hus der Kuphersmidinun, ains lihen, swedrez er wil. Wil er aber da nit mit wesen sin, so sigent wir im umbe diu huser niuz gebunden. Wir sûlent och im unde siner husvrowun daz vorgeņant korn unde win unde phennenge one allen sinen shadin antwurten ze dem vorgeņemtem zil ze Kostenz alde ze Vberlingen alde ze Phullendorf, in swele er will dirre drige stette. Beshiht oh daz, daz sin husvrowe, diu davor genemmet ist, in ubirlebt, wil si denne ainen andirn man nemen, so sulent wir ir niuz gebunden sin ze gende, weder korn, noch win, noch phennenge, noch niuttet, dez hievor geshriben ist. Unde darumbe daz diz stâte belibe unde er alde sin husvrowe an disem gehaisse, den wir in getan han, niemmer beswâret werdent, so geben wir in baiden dise hantveste, besigilt mit unsirs herren, dez bischoffez Rûdolfis von Kostenz, insigil unde mit unsirs gaishliches vatirs, des abtes von Lûzela, insigil unde mit dem, daz wir, der abt unde diu samenunge von Salmanswiller haben, unde bindent ûs unde alle ûsir nahkomen mit disem brieve unde mit den insigiln, diu hievor genemmet sint, in baiden, dem hern Rûdolf von Tanhain unde siner vrowun, ze laistende mit ganzen truwon, daz wir hievor gelobt haben. Diz, daz hievor geshriben ist, daz geshach ze Phullendorf, do von gottis gebûrte waren thusent unde zwaihundert unde niunzic iare, an sant Valentins tac. Unde warent da bi dize geziuge: dir herre Hainrich Grâmlich, ain ritter, der amman ze Phullendorf, Albreh der Gûdâr, Vriderich an dem Graben, Rûdolf Grâmlich, Rûdolf Zimilich, burgar von Phullendorf, brûdir Rûpreht, dir briol von Salmanswillâr, unde brûdir Hainrich von Ilminse unde andir biderb lûte.

Wir<sup>1</sup> Rûdolf von gottis gnaden, der bischof von Kostenz, unde Nicolaus, der abt von Luzela, viriehen, daz daz ware ist, daz an disem brieve stat, unde ze ainem úrkunde so henkent wir úsir insigil an disen brief durch die bette iewe-dirs tails der hievor genemmet ist.

Wir<sup>1</sup> Rûdolf von Tanhain, ain ritter, unde Diemût, sin husvrowe, vergehen offenliche, swaz an disem brieve geschriben ist unde daz wir habin uf gegeben diu gût alliu, diu davor genemmet sint, unde swaz dazû hóret, useren herren von Salmanswillâr, unde verzihen ús allez dez rehtez, daz wir an dem gûte allem heton, fur uns unde fur alle usir erben, unde binde ih Rûdolf mich, wer ze sinde ain ganzes iare unde númme fûr alle die, die diz gût ansprechen went. Unde ze ainem úrkúnde allir dirre dinge, so han ich gebetten disen brief sigiln mit mines herren dez bischoffis Rûdolfis insigil von Kostenz, und hen oh minen herren von Salmanswiller min insigil dar an gehenket, daz ez iemmer me state si. Wir, dir abt unde diu saminunge davor genemnte, viriehent oh, daz wir daz vor geschriben korn, win unde phenninge unde daz andir hern Rûdolf sulent gen gánzelich, stirbt vro Diemût, und sulent oh ir gen, daz da genemmet ist, gánzelichen, stirbt er.

Perg. Or. Salemer Hand. 4 Siegel aus Malta an schmalen Pergamentstreifen: 1—3 des Bischofs Rudolf von Konstanz, der Aebte von Lützel und Salem, bekannt, — 4. des Rudolf von Tannheim, dreieckschildförmig, 35:24 mm, (IV A 2) im Dreieckschild ein Tannenbaum. Umschrift: † s'. *rûdol. militis. de. tanhain.* (1 mit 3 Daumeneindrücken, 2 glatt, 3 und 4 mit je 1 Daumeneindruck). Cod. Sal. III, 267. No. CCXVIII.

1290. Febr. 22. Konstanz. Johannes von Bodman und Hermann von Sulzberg leisten dem Kloster Salem Bürgschaft für die richtige Abtretung der von Ulrich von Bodman erkauften Besitzungen bei Langenrain und Kaltbrunn. 772.

Omnibus Christi fidelibus hanc paginam inspecturis Johannes de Bodemen necnon Hermannus de Sulzberc milites noticiam subscriptorum. Ad evitandam in posterum calumpniandi materiam expedit, ea, que geruntur, scripturarum testimoniis perhennari. Cum in contractu emptionis celebrate rite et legitime de possessionibus proprietariis dictis *uf der Egge*, sitis iuxta Langenrain, ac pratis sitis in Kaltenbrunn cum omnibus suis pertinentiis, quocumque nomine censeantur, inter

<sup>1</sup> Auch im Or. a linea.

honorabiles in Christo . . abbatem et conventum monasterii in Salem, ordinis Cysterciensis, Constantiensis dyocesis, emptores et virum strennum Ūlricum de Bodemen, militem, venditorem, iidem . . abbas et conventus monasterii de Salem opportunum et necessarium sibi estimant in premissis contractu, consensum honeste domine . . matris eiusdem domini Ūlrici militis, necnon consensum et ratificationem domini Ūlrici, rectoris ecclesie in Veltkilch, fratris Ūlrici militis prelibati, pro cautela habundanti, ad petitionem sepedicti militis Ūlrici de Bodemen bona fide nos scriptis presentibus obligamus ad procurandum cum effectu, quod tam ipsa domina mater eiusdem Ūlrici militis infra mensem proximum, quam etiam dominus Ūlricus, rector prenotatus, qui iam gratia studiorum in alienis partibus moram trahit, similiter infra spacium unius mensis, cum primum a studio ad partes istas reversus fuerit, consensum expressum et ratificationem contractui emptionis de possessionibus memoratis *uf der Egge* ac pratis in Kaltenbrunnen adhibebunt, difficultate qualibet non obstante, ratificando [265] nichilominus ea expresse, ipsa domina ipsoque rectore, que in instrumento emptionis super hoc confecto plenius continentur; ad hec bona fide nos obligamus ad reddendum prefatos . . abbatem et conventum monasterii de Salem indempnes, si in dictis possessionibus emptis in posterum eosdem suumve monasterium pati contigerit in toto vel in parte gravamen, detrimentum aliquod vel iacturam. Subiunctum est etiam per nos, quod si premissa de consensu videlicet ratificatione et alia in instrumento emptionis contenta per memoratam dominam et Ūlricum rectorem fieri et ratificari cum effectu non procuravimus, ut est premissum, infra tempora superius prenotata, tam tempus mensis proximi quam etiam mensis, cum primum ipse dominus Ūl(ricus) rector a studio reversus fuerit, in obstagium nos sub iuramento recipiemus in civitate Constantia ad monitionem . . abbatis et conventus monasterii de Salem more obsidum unâ cum nobili viro H. de Gŷttingin, H. de Tetingin, C. Villico de Lŷtgeringin, militibus, Walthero advocato in Constantia, Jo(hanne) et Jo(hanne) dictis de Hof, filiis eiusdem, Wal(thero) Gozzone, filiastro ipsius, Wal(thero) et Ber(tholdo) dicto Schallenberc, civibus Constantiensis civitatis, qui se similiter ut obsides in obstagium recipiendum in civitate Constantia obligant per presentes. Si omnia et singula

de consensu et ratificatione ac alia infra tempora supra designata procurata per nos non fuerint cum effectu, donec fuerint in totum salubriter consummata, et si aliquem de obsidibus supra positis vel alterum ex nobis cedere vel decedere contigerit, alter eque ydoneus in locum illius infra mensis spacium subrogabitur, alioquin nos unâ cum aliis obsidibus predictis in obstagium recipere nos tenemur in civitate Constantia, commoniti, ut est predictum, inde non recedendo ac obstagium observando, quousque alter eque bonus fuerit subrogatus. In evidentiam autem omnium et singulorum premissorum, cessante omni imploratione iuris canonici, civilis, municipalis seu consuetudinarii, qua mediante premissa possent in toto vel in parte violari, sigilla nostra, item nos H. de Gttingin, nobilis, [266] H. de Tettingin, Villicus de Lvtgeringin, milites, sigilla nostra, ego quoque Waltherus advocatus in Constantia sigillum meum, quo et nos Johannes et Johannes de Houen, filii eiusdem, Waltherus Gôzzo, filaster predicti Waltheri, et Ber(tholdus) dictus Schallenberch, cives Constantienses, utimur in presenti, appendimus presentibus unâ cum appensione sigilli domini Ũl(rici) de Bodemen militis pro incommutabili observancia premissorum. Datum Constantie, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet fratre Eberhardo dicto de Stekboran, monacho in Salem, H. dicto Schilter, Bur(cardo) *vnder Schoppe* et aliis quam pluribus fidedignis, anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo, VIII<sup>o</sup>. kalendas martii, indictione III<sup>a</sup>.

Cod. Sal. III, 264 No. CCXVI. Erwähnt Ztschr. 3, 235. Vgl. No. 773 und 791.

1290. März 1. Arbon. Ũdelhildis, relicta quondam Rûdolfi militis de Bodemen, verzichtet auf die ihr für ihre Lebensdauer zur Nutzniessung überwiesenen Besitzungen bei Langenrain und Kaltbrunn, welche ihre Söhne an das Kloster Salem verkauft haben, nachdem sie in nachstehender Weise durch ihre Söhne entschädigt worden: cum duabus curiis sitis in Möse et earum attinenciis universis et redditibus 18 solidorum *an der Tumphûbe* et duabus libris et dimidia de schûpoza in Obernsumbri. Actum apud Arbonam anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XC<sup>o</sup>. kalendis martii, hiis testibus presentibus et ad hoc vocatis, scilicet honorandis viris Hainrico incurato in Bernanch,

Walthero, socio . . decani in Arbona, H. dicto Behaim, Nycolao dicto Nepheli, Rüd(olfo) de Roggewiler, H. Vrithoue, Burcardo Bodenzaph, Ūlrico Schaffer, Ūlrico Crüteli, Cūnrado, ministro de Lvtkilch, R. dicto *der Wirt* in Arbona, H. dicto Happenmūli, fratre Eberhardo de Stechoran, monacho in Saleml, fratre Cūnrado dicto Hohegerūt, converso ibidem aliisque pluribus fidedignis. 773.

Cod. Sal. III, 262 No. CCXV. Vgl. No. 772 u. 791.

1290. März 1. Konstanz. Bischof Rudolf II. von Konstanz genehmigt den Verkauf des Fischereirechtes auf einer Strecke des Rheins bei Konstanz durch die Brüder von Castell an das Kloster Salem. 774.

Rüd(olfus)<sup>1</sup>, dei gracia episcopus ecclesie Constanciensis, omnibus presentes literas inspecturis subscriptorum noticiam cum salute. Cum summa sit ratio, que pro religione facit, expedit ea, que sine gravi detrimento ecclesiarum || religiosis locis imperpetuum conceduntur, scripturarum indiciis tenaci et inconmutabili memorie commendari. Noverint itaque universi, tam posteri quam presentes, quod cum viri discreti Dietegeni et Cūnradus milites de Castello || germani, Waltherus, Hainricus et Eblinus, fratres eorundem, ecclesie nostre ministeriales, ad emptionem castri in Nūwenberg cum suis pertinentiis universis ob communem ecclesie nostre<sup>2</sup> et ob suam privatam utilitatem procedere voluissent || et eandem emptionem sine vendicione suarum possessionum et reddituum, quos a nobis tenuerunt in feodum et possederunt, consumere<sup>3</sup> nullatenus potuissent, cumque honorabiles in Christo divina permissione . . abbas et conventus monasterii de Salem, ordinis Cysterciensis, nostre dyocesis, militibus et fratribus antedictis pro redditibus decem et quinque milium ac centum tantum numero piscium aridorum, qui wlgariter dicuntur *gangvische*, et pro iure capiendi eosdem pisces et alios, et pro duobus instrumentis<sup>4</sup>, que wlgariter dicuntur *trahtan*, et pro locis, qui wlgō *gewelstet* dicuntur, ac pro iure ducendi instrumenta eadem et capiendi pisces in locis predictis et piscandi cum eisdem ac fundis, dictis instrumentis et locis annexis et aliis pertinentiis ac iuribus universis, cum quibusdam feodis dictis instrumentis et iuribus pertinentibus, quos quidem redditus

<sup>1</sup> Verzierte Initiale. — <sup>2</sup> nostre ist über der Zeile eingeschaltet. —

<sup>3</sup> Or. hat consumare. — <sup>4</sup> Or. hat instrumtis.

cum instrumentis, locis, fundis et juribus predictis dicti milites et fratres ipsorum habuerunt et possederunt in superiori parte Reni fluminis prope civitatem Constanciensem, incipiente ab alia parte vinee . . . abbatis et conventus monasterii de Petri domo in parte superiori pontis Reni et se extendente ad ea loca fluminis Reni, que dicti milites et fratres ab Alberto, quondam patre ipsorum, milite supra et infra et circumquaque usque ad hec tempora tenuerunt et pacifice possederunt, de quibus etiam dictorum piscium redditus exsolvi debent annis singulis, ut est premissum, eisdem militibus et fratribus, dum ea, que predicta sunt, omnia et singula cum omni iure, quod in partibus et locis predictis ac fundis iidem milites et fratres hucusque possederunt, excepto dumtaxat banno piscium, qui dicuntur *stüban*, non capiendorum, exponerentur venditioni, maius et utilius precium obtulissent, prefati milites et fratres, receptis centum et tredecim marcis argenti puri et legalis ponderis Constanciensis a predictis . . . abbate et conventu monasterii de Salem, quas se ab ipsis recepisse et in utilitatem evidentem ipsorum ac per consequens ecclesie nostre, videlicet in emptionem predicti castri in Nûwenberg cum suis pertinentiis universis, factam per eos a nobili viro Ülrico de Clingen seniore de castro antiquo dicto Klingen jure proprietatis seu allodii fore conversas, in nostri presentia recognoverunt, antedicti milites et fratres de Castello nobis humiliter supplicarunt, quatenus, recepta ab eis resignatione omnium et singulorum premissorum, eadem cum redditibus piscium prefatorum, fundis, locis et instrumentis et usu eorundem, prout superius sunt expressa, transferremus in . . . abbatem et conventum sepedictos de Salem ipsorumque monasterium possidenda perpetuo titulo proprietatis pacifice et quiete. Nos itaque, considerantes, quod ecclesie nostre per emptionem castri predicti cum suis pertinentiis factam per dictos de Castello milites et fratres et per traditionem proprietatis eiusdem cum suis pertinentiis universis ipsis factam a dicto nobili de Clingen, sit sufficiens reconpensa, cum dictum castrum cum suis atinentiis sepedicti de Castello transferre nequeant in personas aliquas sue conditionis non existentes sine nostra manu et licentia speciali, omnia et singula supradicta redditusque piscium prefatorum cum locis, fundis et instrumentis ac omni jure tam in genere quam in specie, prout superius est ex-

pressum, accedente consensu et voluntate nostri capituli, libera et expressa ipsorumque approbatione et ratificatione intervenientibus, excepto dumtaxat jure et consuetudine banni seu prohibitionis piscium, qui vulgariter dicuntur *stibban*, non capiendorum, quod quidem jus tam banni quam prohibitionis dicti milites et fratres de Castello sibi retinuerunt specialiter et reservarunt, prefatis . . abbati et conventui de Salem ipsorumque monasterio contulimus et scriptis presentibus conferimus, proprietatis ac allodii titulo per ipsos ipsorumque monasterium habenda et possidenda eo jure eaque consuetudine, quibus dicti fratres a quondam . . patre ipsorum prenotato ea, que predicta sunt, omnia et singula cum redditibus piscium memoratorum hucusque tenuerunt et possederunt, imperpetuum pacifice et quiete, sine cuiusvis obice contradictionis. Et ad subeundum warandiam sub forma eadem dicti milites et fratres, ubicumque id de iure faciendum fuerit, in hiis, que sunt premissa, omnibus et singulis se suosque heredes memoratis . . abbati et conventui obligarunt. Ut autem ea, que premissa sunt, ac quodlibet eorundem sub stabilitate incommutabili perseverent, renunciamus circa ipsa et ipsorum quodlibet, tam pro nobis quam pro nostra ecclesia Constanciensi, de consensu expresso nostri capituli, beneficio restitutionis in integrum, literis a sede apostolica vel aliunde impetratis aut etiam impetrandis, defensionem non adhibite sollempnitatis, omnibus constitutionibus et statutis tam editis quam edendis, auxilio consuetudinis generalis et particularis, omni remedio legum et canonum et generaliter omni suffragio tam in genere quam in specie, quo mediante ea, que premissa sunt, vel ipsorum quodcumque ullo unquam possent tempore violari. Et in evidentiam premissorum et robur perpetuum presens instrumentum sepefatis . . abbati et conventui de Salem tradimus, sigillorum nostri et capituli ecclesie nostre necnon militum predictorum robore communitum. Nos . . prepositus, . . decanus totumque capitulum ecclesie Constanciensis, Dietegen et Cünradus, germani, milites de Castello supra nominati, recognoscentes et profitentes publice per presentes omnia et singula supradicta, prout premissa sunt, per nos et de nostro consensu pleno et expresso rite et legitime fore peracta, ad firmitatem incommutabilem eorundem nostra sigilla huic appendimus instrumento. Actum apud Constanciam anno domini

M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXXXX<sup>o</sup>, kalendis marcii, indictione III<sup>a</sup>, subnotatis testibus presentibus et ad hoc vocatis, videlicet honorando viro magistro C(ünrado) dicto Phefferhart, canonico ecclesie Sancti Johannis Constanciensis, strenuo viro Dietegeno milite dicto de Haidelberg, Jo(hanne) dicto Phefferhart, germano magistri C(ünradi) prenominati, Hermannö dicto Bösche, Rüd(olfo) dicto Hopper, civibus Constanciensibus, Ülrico de Argon, Ber(tholdo) filio ipsius, C. dicto *vor Wende*, Petro dicto *an Mergassvn*, Cünrado dicto Mvrer, Eber(hardo) dicto Bodemer, Ülrico dicto Sipplinger, C. dicto Nesteli, piscatoribus, Hainrico dicto Wilde, R. dicto *in der M<sup>i</sup>li*, similiter piscatoribus, fratre H(ainrico) maiore cellerario de Salem, fratre Bur(cardo) dicto *ze Bvrgtor*, et Hugone dicto *in der Bvnde* aliisque pluribus fidedignis.

Perg. Or. Hand der bischöflichen Kanzlei. 4 Siegel aus Malta an Pergamentstreifen anhängend: 1. des Bischofs Rudolf II, bekannt (3 schräglaufende Einschnitte). — 2. des Domcapitels (eingenäht). — 3. des Dietegen von Castell, dreieckschildförmig, 40:32 mm (IV B 1), im Siegel Felde ein Topfhelm mit daraufgesetztem Eisenhut und Kleinod (2 Flügel). Umschrift: † sigillvm. dietegeois. de. castello. — 4. des Konrad von Castell, dreieckschildförmig 40:35 mm (IV A 2), im gespaltenen Schild ein leopardierter Löwe. Umschrift: † s. cünradi. de. kastello. militis. (3 und 4 mit Daumeneindruck.) Cod. Sal. III, 257 No. CCXIII. Vgl. No. 775, 776 und 784.

1290. März 15. Konstanz. Albertus de Castello, Canonicus ecclesie Constantiensis, Dietteгно et Cünradus, fratres eius, milites, versprechen dem Kloster Salem unter Bezeichnung von drei Personen, die eventuell mit ihnen in Konstanz zum Einlager erscheinen sollen, nämlich Dietteгно de Haidelberc, miles, Bartholomeus et Bur(cardus) filii monatarii de Constantia, in Betreff der dem Kloster verkauften Fischereirechte den Verzicht ihrer Brüder Walterus und Epplinus beibringen zu wollen, sobald der erstere nach Hause zurückgekehrt (ad propria remeaverit), der zweite volljährig geworden sein wird. Der Official des Hofes von Konstanz besiegelt auf Bitten der Aussteller die Urkunde. Datum et actum Constantie in curia dictorum abbatis et conventus (sc. de Salem) anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXXXX<sup>o</sup>. idus marcii, indictione tertia, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet domino H(ainrico) dicto Zwicke, sacerdote, magistro Phefferhart, canonico ecclesie

Sancti Johannis Constantie, . . priore et cellerario monasterii de Salem, fratre Bur(cardo) dicto *se Burgitor*, monacho ibidem, domino Diethelmo de Stainegge, milite et aliis pluribus fidedignis. 775.

Perg. Or. Salemer Hand. 4 Siegel aus Malta an Pergamentstreifen: 1. des Officials, wie an No. 671. — 2. des Albert von Castell, spitzoval 40:26 mm (III A 2c in Verb. mit II B), die hl. Jungfrau mit dem Kinde, darunter kniend ein Kleriker. Umschrift: † *s. alberti. de. castello. can. costacen.* — 3. des Dietegno und 4. des Konrad von Castell wie an No. 774 (je 1 Daumeneindruck). Vgl. No. 774, 776 und 784.

1290. März 15. Konstanz. Der Official des Hofes zu Konstanz beurkundet die erfolgte Auszahlung des Kaufschillings für die von den Brüdern von Castell an das Kloster Salem verkaufte Fischereigerechtigkeit. 776.

. . Officialis curie Constantiensis omnibus presentium inspectoribus salutem cum noticia subscriptorum. Noverint universi presentium in||spectores, quod constituti coram nobis dominus Diettêgeno et dominus Cûnradus fratres et milites dicti de Castello in figura iudicii recognoverunt || se pagatos esse in centum et 13 marcas argenti ponderis Constantiensis a dilectis in Christo . . abbate et conventu monasterii in Salem pro quibusdam || redditibus piscium et pro quodam iure piscandi, de quo ipsi redditus proveniunt, predictis abbati et conventui venditis, prout in instrumento super hoc confecto sub sigillis reverendi in Christo patris ac domini R(üdolfi), dei gracia episcopi, et capituli ecclesie Constantiensis et predictorum fratrum Diettegenonis et Cûnradi plenius continetur. Confessique sunt coram nobis, quod de predictis centum et 13 marcis argenti sepedicti fratres de Castello receperunt personaliter centum marcas argenti ponderis supradicti, et quod ad iussum eorundem fratrum magister Cûn(radus) dictus Pfefferhart, canonicus ecclesie Sancti Johannis in Constantia, pagatus fuerit in octo marcas argenti predicti ponderis, et Judeus dictus Sanwel de Vberlingen in quinque marcas ponderis iam sepedicti. In cuius rei evidentiam et testimonium premisorum ad petitionem predictorum . . abbatis et conventus monasterii de Salem sepedictorumque fratrum militum de Castello nos . . officialis curie Constantiensis memoratus et ego magister Cûn(radus) dictus Pfefferhart, canonicus Sancti Johannis supradictus, sigilla nostra duximus presentibus appendenda. Datum Constantie et actum anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup>

LXXXX<sup>o</sup>, idus marcii, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet domino Hainrico dicto Ziwich, sacerdote, magistro Cûn(rado) dicto Pfefferhart prenotato, . . priore et . . cellerario maiore monasterii in Salem, fratre Burcardo dicto *ze Bërctor*, monacho ibidem, domino Diettêgenone milite dicto de Haidelherc, Johanne dicto de Hove seniore, filio advocati in Constantia, Bartholomeo filio monetarii Constantiensis, Cûnrado dicto Goldast, H. dicto Vêderli, Cûn(rado) dicto Schirm, Cûn(rado) dicto Tottnacher, Burcardo dicto Hvser, civibus Constantiensibus, et aliis pluribus fidedignis, indictione tercia.

Perg. Or. Fremde Hand, wohl des Konstanzer Officials. 2 Siegel aus Malta an Pergamentstreifen: 1. des Officials wie an No. 671 (Daumen-eindruck). — 2. des Canonicus Konrad Pfefferhart, spitzoval 42:26 mm, II B. in dem mit Rankenarabesken verzierten Siegelfelde ein Kelch, auf demselben liegend das mit einem Nimbus umgebene Haupt Johannes des Tâufers. Umschrift: † s. magr̃i. cvnr. c(an)oicl. scl. loh'. ostñ. (Rückseite glatt.) Vgl. No. 774, 775 und 784.

1290. Apr. 5. Munderkingen. Ūlricus et Berhtoldus germani milites de Kîngesegge beurkunden, dass ihre Schwester Margareta, relicta quondam Hainrici de Ânmarshingen, den halben Hof in Stadion (Stadgun), welchen H. Salzmann baut und welcher ihr von ihrem verstorbenen Ehemann als Morgengabe verschrieben worden (nomine allodii, sub ratione donationis propter nuptias, que volgarite dicitur *morgengabe*), mit aller Zubehôr dem Kloster Salem vergabt habe unter der Bedingung der Nutzniessung auf Lebenszeit gegen einen jährlich auf Martini fälligen Zins von einem halben Pfund Wachs. Actum apud Munderchingen, anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XC<sup>o</sup><sup>1</sup> nonis aprilis, presentibus hiis testibus et rogatis, videlicet Anshelmo dicto *vom Stain*, H. dicto Stûphe, Jacobo ministro domine Margarete antedictæ, Wern(hero) cellerario eiusdem, fratre H(ainrico) dicto Gehvrne de Salem, fratre Gerungo dicto Eggehart, converso ibidem aliisque pluribus fidedignis. Es siegeln für sich und ihre Schwester die Aussteller. 777.

Cod. Sal. II, 222 No. CLXXXIX. Reg. Ztschr. 3, 238.

1290. Apr. 9. Wettingen. Abt Volker von Wettingen beurkundet die von Johann von Luzern gemachte Pitzanzstiftung und die hinsichtlich derselben dem Visitator des Klosters Wettingen, dem Abt von Salem, gemachte Auflage und dafür ausgesetzte Gebühr. 778.

Universis Christi fidelibus presentem litteram inspecturis

<sup>1</sup> CX ist nachträglich am Rande beigelegt.

frater Volkerus abbas totusque conventus monasterii || in Wethingen salutem et presentium cognoscere veritatem. Laudabile est scriptum, quod modernorum facta fideli serie || transmittit memorie posterorum. Noverint igitur, quos noscere fuerit oportunum, quod Johannes de Lucerna, amicus noster in domino || specialis, in augmentum suorum meritorum et subscriptarum salutem animarum nobis nostroque monasterio sexaginta libras denariorum iusto donationis titulo contulit, cum quibus quinque librarum redditus in valle Vranie comparavimus, quater in anno nostro conventui taliter distribuendos, ut in diebus anniversariorum videlicet patris predicti Johannis et matris et sue uxoris necnon sui, cum morte decesserit, una libra conventui die qualibet per cellerarium domus nostre, qui pro tempore fuerit, pro pitantia ministretur, que anniversaria in libro nostro anniversali conscribi debent et in nostro capitulo pronunciari. Idem etiam Johannes in nostro cimiterio ob sui memoriam et ibidem sepultorum reverentiam lumen erexit, statuans et ordinans, ut una libra de predictis quinque libris in eiusdem luminis usum die noctuque ardentis sine fraude per antedictum cellerarium expendatur. Et ne tam pia ordinatio frustretur in posterum, diligentie visitoris nostri de Salem sepedictus Johannes duxit taliter committendum, ut in singulis suis visitationibus inquirat, si illo anno ordinatio prehabita sit servata, et quotiens ipsam neglectam invenerit, tot libre denariorum sibi dari debent, conventui de Salem pro pitantia ministranda. Et ut ipse visitor ad faciendam inquisitionem huiusmodi moneatur, ordinavit sepedictus Johannes, ut in singulis visitationibus sibi duo solidi denariorum per sepedictum cellerarium largiantur. In cuius ordinationis conservationem et executionem sigillum nostrum, quo et nos conventus utimur, presenti littere duximus appendendum. Datum Wethingen anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXXXX<sup>o</sup> in octava pasche.

Perg. Or. Fremde, wohl Wettinger Hand. Von dem Siegel des Abtes (aus Wachs, befestigt wie an No. 432, II B) hängt nur noch ein Fragment an der Urkunde.

1290. Apr. 13. Dettingen. Heinrich von Dettingen, Ritter, verkauft an das Kloster Salem Besitzungen genannter Eigenleute in Kalkreuth, die er durch Güter in Wahlwies entschädigt. 779.

Universis hanc litteram inspecturis Hainricus miles de

Thetingin noticiam rei geste. Noverint universi, ad quos presentes pervenerint, quod ego possessiones sitas in Galgrūti universas cum omnibus suis attinenciis, dictas vulgariter *Kūnratēgūt von den Vurholzen unde Hermans Abelins*, de consensu pleno et expresso hominum subscriptorum michi pertinentium, videlicet Cūnradi dicti de Vurholzun, Elizabet et Hermanni dicti Abeli, filii ipsius Elizabet, Aidilhaidis, sororis eiusdem Elizabet, et Hainrici, filii Aidilhaidis prefate, quibus possessiones antedictae iure proprietario pertinebant, venerabilibus in Christo domino . . abbati et conventui monasterii de Salem, receptis ab eis septem libris denariorum Constantiensis monete, quas me recepisse profiteor et in utilitatem evidentem, videlicet exonerationem debitorum meorum, convertisse, vendidi iuste venditionis titulo, tradidi et donavi in perpetuum libere possidendas nomine allodii, consensu nichilominus aliorum omnium, quorum intererat, accedente, facta etiam per me recompensatione hominibus meis prefatis cum shūposa sita in Walwis, possessionibus dictis vulgariter *des Tutwangersgūt* de Bodeme attinenti, meliori vel equivalenti possessionibus sepredictis in Galgrūti, et renunciantibus hominibus meis seprefatis ad manus fratris Eberhardi de Stegborun, monachi in Salem, nomine ipsius monasterii, pro se suisque heredibus universis omni iuri tam in genere, quam in specie, quod ipsis in possessionibus memoratis in Galgrūti compete-  
bat vel competere videbatur. Ut igitur ea, que premissa sunt, rata permaneant, obligo me per presentes ad prestandum warrantiam super contractu premissis, quocienscumque, ubicumque, coram quocumque iudice a sepredictis de Salem [279] fuero requisitus, et in evidentiam eorundem hanc litteram eisdem, domino . . abbati et conventui meo sigillo tradidi communitam. Actum apud Thetingin anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XC<sup>o</sup> idus apprilis, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet fratribus Cūnrado de Lomays et Willehelmo de Stain, ordinis predicatorum, Berhtoldo de Stopheln milite iuniore, Burcardo de Thetingin, socero ipsius, Bur(cardo) de Rast, fratre Eberhardo de Wolmūtingin, fratre Eberhardo de Stegboron, monachis in Salem aliisque pluribus probis viris. Nos Cūnradius dictus de Vurholzen, Elizabet et Hermannus dictus Abeli, Aidilhaidis et H(ainricus), filius eius, prenotati, omnia et singula premissa vera esse profitentes, nobisque consentientibus et per

nos facta, renunciamus pro nobis nostrisque heredibus universis, ut dictum est, et renunciassse nos profiteamur omni iuri tam in genere quam in specie, sub appensione sigilli domini nostri prefati, quod nobis in possessionibus memoratis quocumque modo competeat vel competere videbatur.

Cod. Sal. III, 278 No. CCXXVIII. Reg. Ztschr. 3, 239.

1290. Apr. 16. Tamberg. Eberhardus de Hæggelnbach übergibt drei Aecker bei Hirschlanden (iuxta opidum Hirslanden prope rivum, qui dicitur *Krummbach*, extendentes se ad tria iugera) und drei Wiesen ebendaselbst und bei Homberg (duo videlicet, dicta *Mron*, apud predictum opidum sita, tertium [sc. pratum] vero apud Honberch, in loco dicto *æ den Hursten*), die ihm eigenthümlich gehören, dem Kloster Salem für 3 1/2 Pfund und 4 Schill. Konstanzer Pfennig. Datum et actum in Thahenberch, anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XC<sup>o</sup>, sexto decimo kalendas maii, presentibus testibus subnotatis, videlicet Bertoldo magistro grangie in Raitenhaslahe et H., socio suo, ibidem, fratribus in Salem, C. dicto *Vmberrvhte*, H. dicto *Brune*, *Ůl*-(rico) de Hirslanden et C. de Husen aliisque pluribus fide-dignis.

780.

Cod. Sal. II, 248 No. CCXLIII.

1290. Apr. 17. Villingen. Hainricus, plebanus ecclesie in Herzogenwiler, vergabt an das Kloster Salem sein Haus in Vöhrenbach (Vernbach, cum cellario eiusdem domus, sitam prope domum Berhtoldi, textoris, dicti *Gebittel*), bedingt sich aber auf Lebenszeit die Nutzniessung aus gegen einen Jahreszins von 6 Pfennig Breisgauer Münze. Testes huius traditionis et donationis sunt: Ber(tholdus), quondam decanus in Vilingen, H. Sollo, Walterus Lachelerius, Otto Patruus et Hugo Stehellinus, cives in Vilingen. Datum Vilingen anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXXX<sup>o</sup>. XV. kalendas maii.

781.

Perg. Or. Fremde Hand. Von den 2 Siegeln hängt das des Ausstellers an schmalem Pergamentstreifen an, aus Wachs, spitzoval, 40:24 mm, (III A 2a) ein Priester mit Buch und Ferula (undeutlich, Umschrift unleserlich, Daumeneindruck) — das Siegel der Stadt Villingen (universitatis civium de Vilingen) ist abgefallen. Cod. Sal. II, 416 No. CCCXXII.

1290. Mai 2. Konstanz. Bischof Rudolf II. und das Domcapitel zu Konstanz ertheilen dem Verkauf eines Hofes

zu Enahofen (Einehoven) durch Hainricus dictus Zwiche, subcustos ecclesie Constantiensis, an das Kloster Salem um 16 Mark Silber gegen Entrichtung eines Jahreszinses von einem Viertel Wachs, fällig an Mariä Verkündigung, ihre Zustimmung. Datum et actum Constantie anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXXXX<sup>o</sup>. VI. nonas maii, indictione III<sup>a</sup>, presentibus R. decano Constantiense, Ber(toldo) dicto Zwiche, Hainrico et Bur(cardo), famulis Hainrici cellerarii, dicti de Wigoltingen, aliisque quam pluribus fide dignis. 782.

Perg. Or. Fremde, vermuthlich Konstanzer Hand. 2 bekannte Siegel an Pergamentstreifen, aus Wachs, des Bischofs (3 schräge Einschnitte) und des Domcapitels (Daumeneindruck). Cod. Sal. II, 218 No. CLXXXL. Vgl. No. 568 und 572.

1290. Mai 7. Schloss Wirttemberg. Graf Eberhard von Wirttemberg gestattet seinem Ministerialen, Berthold von Wermshausen, Ritter, näher beschriebene Güter an das Kloster Salem zu verkaufen. 783.

Nos Eberhardus comes de Wirtenberc tenore presencium constare volumus universis litteras has inspecturis, quod Ber(tholdus) miles dictus de Wermshvsen<sup>1</sup>, ministerialis noster, supplicavit nobis attente, ut esset de consensus nostri licentia, quod bona subscripta, que titulo proprietatis ac dominii sibi asserit pertinere, videlicet 8 iugera agrorum, sita in territorio Wermshvsen<sup>1</sup>, que contingit ex uno latere confines agrorum ville Nellingen, item unam peciam<sup>2</sup> silve, que dicitur *Aichholze*, sitam infra stratam et ripam, item totam partem, que sibi pertinebat in bonis, que quondam colebat dictus Wamseler apud Niwenhvsen, de quibus bonis nomine census dantur singulis annis 53 solidi hallensium et 6 hallenses, item 3 mesure papaveris, que vulgariter dicuntur *sumerin* [304] et 16 pulli, venerabilibus in Christo, abbati et conventui monasterii de Salem, ordinis Cysterciensis, venderet ac venditionis titulo traderet ac donaret. Nos, sue petitioni benignum prebentes assensum, sibi prescripta bona, si ipsorum bonorum dominium et proprietas nobis non pertinebat, in prefatos abbatem et conventum monasterii de Salem titulo vendicionis transferendi plenam per presentes concedimus facultatem. Testes huius rei sunt, Wolframus miles de Bernhvsen iunior, Fr(idericus) de Hohinhain, C. de Laiterberc, R. quondam advocatus in

<sup>1</sup> Kann auch Wernishusen heissen. — <sup>2</sup> pecia = fragmentum.

Vrach, C., notarius noster publicus, et alii quam plures fide-  
digni. Et ne super premissis lis in posterum possit suboriri,  
presentes litteras sigilli nostri munimine una cum sigillo ci-  
vium de Ezsilingen fecimus roborari. Datum et actum in  
castro Wirtemberg anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XC<sup>o</sup>, nonis Maii.

Cod. Sal. III, 303 No. CCLIII. Reg. Ztschr. 3, 239.

1290. Mai 15. Konstanz. Waltherus de Castello, filius  
quondam Alberti de Castello militis, gibt nachträglich seine  
(vorbehaltene) Zustimmung zum Verkaufe von Fischereirechten  
durch seine Brüder an das Kloster Salem. Datum Constantie  
et actum anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXXXX<sup>o</sup>, idus maij, subno-  
tatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Alberhto de Ca-  
stello, canonico ecclesie Constantiensis, Eberhardo de Stek-  
boran, Burcardo dicto *æ Burctor*, monachis monasterii de  
Salem, Cûn(rado) de Castello, Dietegonone de Haidelberg,  
militibus, Hainrico dicto Strith et Cûnrado dicto Todgnacher,  
civibus Constantiensibus, aliisque pluribus fidedignis, indictione  
tercia. 784.

Perg. Or. Fremde Hand. 2 Siegel aus Malta an Pergamentstreifen:  
1. des Officials von Konstanz, wie an No. 671 (auf der Rückseite tiefer  
kreuzförmiger Einschnitt). — 2. des Walther von Castel, dreieckschild-  
förmig 40:32 mm (IV A 2), unten abgebröckelt, im gespaltenen Schild  
ein leopardierter Löwe. Umschrift: † s. walth(er) i. d. e. castello. (2 Ein-  
kerbungen.) Cod. Sal. III, 288 No. CCXXXVII. Vgl. No. 774—776.

1290. Mai 30. Konstanz. Bischof Rudolf II. und das Domca-  
pitel zu Konstanz überlassen den von ihnen zu Lehen rührenden Hof zu  
Oberrieden, welchen Rudolf von Oberrieden an das Kloster Salem verkauft  
hatte, diesem Kloster gegen einen Wachsziens. 785.

Rūdolfus, dei gracia episcopus, Cûnradius prepositus, . .  
decanus totumque capitulum ecclesie Constantiensis omnibus  
hanc paginam || inspecturis noticiam subscriptorum cum salute.  
Noverint universi tam posteri quam presentes, quod cum Rū-  
dolfus de Obriedern || miles, ecclesie nostre ministerialis, gravi  
esset debitorum onere pregravatus, curiam suam in Obriedern,  
quam a nobis iure tenuit feodali, vendicioni || decrevisset ex-  
ponendam, et inter alios ad emptionem procedere cupientibus  
dilecti in Christo . . abbas et conventus monasterii in Salem,  
ordinis Cyster(ciensis), nostre dyocesis, sibi maius et utilius  
precium obtulissent, idem Rūdolfus predictis . . abbati et con-

ventui monasterii predicti nomine monasterii eorundem supradictam curiam cum agris, pratis, pascuis, silvis, virgultis, viis, inviis ac omnibus iuribus aliis, quocumque nomine censeantur, necnon cum Johanne, filio quondam Cûnradi villici de Obriedern, receptis ab eis quadraginta marcis argenti puri et legalis, ponderis Constantiensis, adhibitis omnibus sollempnitatibus verborum et gestuum, que in huiusmodi contractibus de iure vel consuetudine adhiberi solent, vendidit, petens a nobis humiliter et devote, quatenus predictam curiam cum omnibus suis pertinentiis sepedictis abbati et conventui monasterii de Salem traderemus pro annuo censu, videlicet dimidia libra cere, nostre camere in die purificationis annis singulis assignanda, perpetuo possidendam, nos vero, ipsius petitionibus favorabiliter inclinati, predictam curiam, recepta resignatione eiusdem militis, cum omnibus suis iuribus et pertinentiis universis sepedictis abbati et conventui monasterii pretaxati necnon Johannem prenotatum, servum militis memorati, tradimus perpetuo libere possidendos. Et ut ea, que premissa sunt, a nullo unquam valeant aliquatenus irritari, sepedictus miles renuntiavit omni actioni, exceptioni, inplorationi, officio iudicis, literis a sede apostolica vel aliunde iam impetratis aut impetrandis, defensionem non adhibitis sollempnitatibus, omni remedio legum et canonum et generaliter omni suffragio, quo mediante ea, que premissa sunt, vel ipsorum aliquid ullo unquam possent tempore violari. Et in evidentiam omnium premissorum ipsorumque incommutabilem firmitatem presens instrumentum memoratis abbati et conventui sigillo nostro et capituli ecclesie nostre, necnon sigillis militis prefati et Ulrici fratris sui militis tradimus communitum. Ego Rûdolfus sepefatus miles, recognoscens omnia et singula supradicta per me et de meo consensu expresso rite et legitime fore peracta, prout superius est expressum, ad firmitatem omnium predictorum incommutabilem presentibus appendo sigillum meum, obligans<sup>1</sup> nichilominus me meosque heredes per stipulationem sollempnem ad prestandum warandiam curie predicte et servi mei quondam Johannis sepedicti, venditi<sup>2</sup> per me abbati et conventui memoratis. Actum Turegi, et Constantie consummatum anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XC<sup>o</sup>. III kalendas iunii, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet dilecto in Christo ab-

<sup>1</sup> Von hier an andere Tinte. — <sup>2</sup> Or. hat venditis.

bate monasterii predicti in Salem, magistro Walthero dicto de Schafusa, canonico ecclesie Sancti Stephani in Constantia, . . dicto de Rordorf, monacho monasterii in Wettingen, fratre Burcardo dicto *ex Burctor*, monasterii monacho predicti in Salem et aliis pluribus fidedignis, indictione III<sup>a</sup>.

Perg. Or. Fremde Hand. 3 Siegel aus Malta an sehr schmalen Pergamentstreifen: 1. des Bischofs Rudolf von Konstanz (Daumeneindruck). — 2. des Domcapitels (2 schräglaufende Einschnitte), beide bekannt. — 3. des Ulrich von Oberrieden, schildförmig, 40:35 mm (IV A 2), im Schild ein Kahn mit 2 Rudern (vgl. Züricher Wappenrolle No. 436). Umschrift: † s. *Ulrici de oberrieden militis*. (2 Fingereindrücke.) Das 4. Siegel ist abgefallen. Cod. Sal. III, 283 No. CCXXXII. Reg. Ztschr. 3, 239.

1290. Mai 31. Mainau. Friedrich von Gotha, Deutschordensprovinzial in Elsass und Burgund bestätigt den Verkauf von Besitzungen in Jettenhausen, deren Eigenthumsrecht dem Hause Mainau zusteht, durch die Töchter weil. Burkards Vink an das Kloster Salem. 786.

Universis hanc literam inspecturis Fridericus, divina permissione provincialis fratrum Theutonicorum per Alsaciam || et Burgundiam, dictus de Gota, fidem presentibus adhibere. Noverint universi, ad quos presentes || pervenerint, quod cum dilecte in Christo Christina, Willeburgis et Adilhaidis, sorores, filie Burcardi quondam militis || dicti Vinken, possessiones sitas in Hittenhûs universas, que iure proprietario domui de Maigenöwe pertinebant, venerabilibus in Christo domino . . abbati et conventui de Salem, receptis ab eis sex marcis et uno fertone puri et legalis argenti, iuste et legaliter vendissent, consensu unanimi omnium, quorum intererat, accedente, nec ista vendicio sine nostro consensu et ratificatione fieri potuisset, et cum fratres Rûdolfus, commendator domus in Alshusen, et Hiltboldus de Stekboron ad inducendum nos, ut consensum nostrum venditioni predictae adhiberemus, se sub pena refusionis sex marcarum antedictarum predictis de Salem per suas literas obligassent, nos, ob dilectionem predictarum dominarum et absolutionem fratrum predictorum, ratificationem et consensum nostrum vendicioni predictae adhibemus, ius proprietatis possessionum prefatarum in prefatos de Salem ipsorumque monasterium transferendo, pleno iure ab ipsis in perpetuum libere possidendum. Renunciamus igitur pro nobis nostrisque, qui pro tempore fuerint, successoribus et pro domo in Maigenowe omni iuri tam in genere quam in specie, quod

nobis seu dicte domui in ipsis possessionibus competeat, et omnibus generaliter et specialiter, per que dicta donatio et ratificatio posset in posterum quovis ingenio violari. In cuius facti evidenciam presentem literam sepedictis de Salem nostro sigillo porreximus communitam. Datum et actum in Maigen-  
dwe, anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XC<sup>o</sup>. II. kalendas junii.

Perg. Or. Fremde Hand. Siegel des Ausstellers aus Malta, befestigt wie an No. 432, rund, 35 mm (III A 2c in Verb. mit II B), im Siegel-  
felde der gekreuzigte Heiland, zu seiner Seite Maria und Johannes, da-  
runter, unter einem Rundbogen kniend, eine den Siegler darstellende Figur.  
Umschrift: † s. comendatoris. de. alsacia. et. bvrmyndia. (Daumenein-  
druck.) Cod. Sal. III, 282 No. CCXXXI. Reg. Ztschr. 3, 239.

1290. Juni 2. Konstanz. Bertholdus comes de Sancto Monte, canonicus Sancti Johannis Constantie, verzichtet auf alle ihm etwa noch zustehenden Rechte an dem Hofe zu Leustetten (Lehsteten), genannt *Shadmanshove*, welchen er und sein verstorbener Bruder Cûnradius comes de Sancto Monte an Hainricus dictus Shadman, civis in Vberlingen zu rechtem Eigenthum verkauften und den nunmehr dieser, zu seinem und seiner Ehefrau Adilhaidis Seelenheil, mit Zustimmung des Sohnes seiner Schwester, Hainricus dictus Notarius, civis in Vberlingen, dem Kloster Salem vergabt hat. Datum et actum Constantie anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> nonagesimo, III. nonas junii, presentibus hiis testibus et rogatis, videlicet magistro Hainrico de Phin, Cûnrado de Mânlishouen, milite, Cûnrado de Denkingen, Ulrico dicto Ângeli, civibus Constantiensibus, Philippo Scriba, Hainrico Shadman, Hermannno Pannicida, civibus in Vberlingen, Hâbchelino, servo memorati Shadman, Bari, servo comitis de Sancto Monte antedicti, Johanne dicto Phlummârren, Cûnrado dicto Veterre de Rotwil, Burchardo Shallenberc et Walthero de Ysnina, fratribus et monachis in Salem.

787.

Perg. Or. Salemer Hand. Siegel des Ausstellers aus Malta an schmalem Pergamentstreifen, wie an No. 554. (Daumeneindruck.) Vgl. die dort gemachte Bemerkung. Cod. Sal. III, 290 No. CCXXXIX.

1290. Juni 8. Wirtemberg. Graf Eberhard von Wirtemberg genehmigt den Verkauf näher bezeichneter Güter zu Wermshausen durch den Ritter Berthold von Wermshausen an das Kloster Salem. 788.

Eberhardus comes de Wirtenberc presencium inspectoribus universis salutem cum noticia subscriptorum. Noverint igitur ||

presencium inspectores universi, quod Berhtoldus miles de Wermshusen, dictus *Spizichirn*, ministerialis noster, supplicavit nobis || attente, ut esset de consensu nostri licentia, quod undecim iugera agrorum, apud Wermshusen sita, super nemus, quod dicitur *Aichach*, item decem iugera agrorum ex utraque parte strate site versus Husen, item quinque iugera, que dicuntur *Krummenacker*, item duo iugera, que dicuntur *Mittelstucke*, item tria iugera, que dicuntur *diu lange Vurch*, et domum venatoris in Wermshusen cum suis attinentiis venerabilibus in Christo . . abbati et conventui monasterii de Salēm venderet ac vendicionis tytulo traderet ac donaret. Nos, sue petitioni benignum prebentes assensum, sibi bona prescripta, si ipsa bona a nobis tytulo feodi non possedit, in prefatos . . abbatem et conventum de Salem vendicionis tytulo transferendi plenam per presentes concedimus facultatem. Testes huius rei sunt: Wolfr(amus) miles de Bernhusen iunior, Fridericus de Hohenhain, Cunradus Rupertus, civis in Ezselingen, Cunradus, notarius noster publicus, et alii quamplures fide digni. Et ne aliqua lis super premissis in posterum possit suboriri, presentes literas in evidens testimonium premissorum sigilli nostri munimine fecimus roborari. Datum Wirtenberc anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXXXX<sup>o</sup>. VI<sup>to</sup>. idus iunii.

Perg. Or. Fremde Hand. Fragment des Siegels des Ausstellers aus Wachs wie an No. 631. (Tiefer Daumeneindruck.) Cod. Sal. III, 303 No. CCLII.

1290. Jun. 11. Esslingen. Bertholdus miles de Nyphen nobilis übergibt das Eigenthumsrecht seiner Besitzungen in Binhusen (ad culturam quatuor boum se extendentium, que dicuntur *des Sattels güt*), welche Bertoldus dictus Mochentaler baut, dem Kloster Salem. Actum apud Esselingen, anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> nonagesimo, III. idus junii, hiis testibus presentibus, videlicet strennuis viris Cûnrado et Hainrico fratribus dictis Schilhinch, militibus, Bertoldo dicto Hôpt, Rûdegero dicto Rûpreht, Cûnrado dicto Crûci, civibus in Esselingen, fratre Gerungo dicto Ekhart, converso in Salem, aliisque pluribus probis viris.

789.

Perg. Or. Fremde Hand. Siegel des Ausstellers, befestigt wie an No. 432, aus Wachs, wie an No. 617. (Drei Einkerbungen.) Cod. Sal. III, 287 No. CCXXXVI. Reg. Ztschr. 3, 240.

1290. Jan. 13. Esslingen. Gelphrad, Kirchherr in Sulz, und sein Bruder Werner, Ritter, genannt von Neuhausen beurkunden die dem Kloster Salem bezüglich der Immission in den Besitz von Gütern zu Wermshausen und Neuhausen gegebenen Bürgschaften. 790.

Gelphradus, rector ecclesie in Sulze, ac Wernherus, frater suus, miles, dicti de Niwenhusen, presentium literam inspectoribus salutem et credere subnotatis. Cum strenuus vir Berhtoldus miles, dictus *Spicichirn*, de Wermshusen devoto<sup>1</sup> viro, fratri Cûnrado, magistro et provisorio curie in Esselingen, que dicitur *Salmanswiler hôf*, nomine venerabilium virorum, abbatis et conventus in Salem, undecim iugera apud Wermshusen, sita super nemus, quod dicitur *Aishach*, et decem iugera, sita ex utraque strate parte ducentis versus Hvsen, necnon quinque iugera, que dicuntur *Krummaker*, ac duo iugera, que dicuntur *Mittelstuke*, triaque iugera agrorum, que dicuntur *din lange Vurh*, octo quoque iugera agrorum, que attingunt ex uno latere confinis agrorum ville Nallingen, et octo iugera nemoris, quod dicitur *Aichelholz*<sup>2</sup>, situm infra stratam et ripam et aqueductum eiusdem ripe, item totam partem, que sibi pertinebat in bonis, que quondam colebat dictus Wamseler apud Niwenhusen, de quibus bonis nomine census [224] dantur singulis annis quinque solidi hallensium et sex hallenses et tria sumerina papaveris et sedecim pulli, legali venditionis titulo vendiderit pro certe pecunie quantitate, nos talem, ad petitionem predicti Bertholdi militis, eidem fratri Cûnrado ac abbati et conventui prehabitis fideiussionem in hiis scriptis recognoscimus interposuisse, quod si infra tempus usualis prescriptionis pretacti, frater Cûnradus, abbas et conventus in ius a quocumque, occasione prelibatorum bonorum, vocati fuerint, vel dicta bona ipsis abiudicata vel aliquantulum occupata, tunc nos, una cum Berth(oldo) milite principali, cum de hoc requisiti fuerimus, apud Esselingen verum obstagium observabimus, inde non recessuri, donec abiudicata bona secundum arbitrium proborum virorum ad hoc a partibus, cum necesse fuerit, eligendorum aut per equivalentia bona immobilia vel mobilia cum dampnis interesse sepedictis abbati et conventui totaliter resarcientur et in melius recompensentur. Denique cum heredes prenarrati Berth(oldi) militis legitimos devenierint ad annos, premissa<sup>3</sup> bona resignare moneantur.

<sup>1</sup> Cod. hat dovoto. — <sup>2</sup> Cod. hat Aichelholz. — <sup>3</sup> Cod. hat premissos.

Quod si noluerint et contra venditionem hanc venire presumpserint, superius expressum obstagium observabimus, quam diu prehabita bona contradixerint resignare. Si vero medio tempore alter nostrum ab hac vita migraverit, superstes fideiussor et ipse Ber(tholdus) principalis pretactum obstagium ingredi tenentur, ibidem manentes, quousque eque ydoneus fideiussor loco defuncti in forma prehabita fideiussionis sepedicto abbati et conventui substituatur. In cuius rei evidenciam presentem paginam nostrorum sigillorum duximus munimine roborandam. Datum et actum apud Esselingen in domo Geroldi prope pontem, presentibus H. sculteto, Hugone Nallingario, R. dicto Hasenzagel, et seniore Ruperto, C(ûnrado), Rudegero, fratribus suis, Friderico de Hallis et aliis fidedignis, anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XC<sup>o</sup> idus iunii, indictione tercia.

Cod. Sal. II, 223 No. CXC.

1290. Juli 9. Konstanz. Ūlricus de Bodeme, rector ecclesie in Veltkilh, ertheilt nachträglich seine Zustimmung zu dem von seinem Bruder vollzogenen Verkauf von Gütern *uf der Egge* bei Langenrain und in Kaltbrunnen an das Kloster Salem. Datum Constantie et actum anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXXXX<sup>o</sup>. VII<sup>o</sup>. idus julii, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet comite Berhtoldo Sancti Montis, canonico ecclesie Curiensis, Ūlrico dicto Sp<sup>vl</sup>, canonico ecclesie Sancti Stephani in Constantia, Eberhardo de Stekboran, Bur(cardo) dicto *ze Bürctor*, Hainrico de Ilmense, monachis monasterii in Salem, Ūlrico de Bodeme, milite, R. de Bermetingin, servo suo, Ūlrico ministro civitatis Constantiensis, Cûnrado monetario civitatis eiusdem aliisque pluribus, indictione tercia. 791.

Cod. Sal. III, 289 No. CCXXXVIII.

Durch ein Versehen ist die Haupturkunde des Ūlricus de Bodemen, miles constantiensis dyocesis, über diesen Verkauf — d. d. 1288. März 1. Konstanz — im Druck weggelassen worden. Ueber den Inhalt geben die Urkunden No. 772, 773, und 791 hinreichend Auskunft. Die Zeugen sind folgende: Magister Cûnradus dictus Pfefferhart, canonicus ecclesie Sancti Johannis in Constantia, et Hainricus scolaris suus, clericus de Vberlingin, frater Eberhardus dictus de Stekboran, monachus in Salem, Hainricus de Gvtingin, Johannes de Bodemen, Hermannus de Sulzberch, milites, Waltherus, advocatus Constantiensis necnon sui filii Johannes et Johannes et filiiaster suus Gotfridus, Hainricus dictus Schilter, Burcardus dictus Underschoph, cives Constantienses et alii plures fidedigni, anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXXXVIII<sup>o</sup> kalendis martii, indictione tercia. Cod. Sal. III, 260 No. CCXIII. Reg. Ztschr. 3, 235.

1290. Juli 20. Pfullendorf. Hainricus dictus Græmelich, minister et universitas civium in Phullendorf beurkunden, dass in einem Streit zwischen dem Kloster Salem einerseits und Bertold Houespitz und dessen Söhnen Rudeger und Walter anderseits über Besitzungen zu Sol, über die das Eigenthumsrecht dem genannten Kloster zusteht, nach dem Rath ehrbarer Männer (de proborum virorum consilio) eine Vereinbarung dahin getroffen wurde, dass Bertold und seine Söhne gegen eine Abfindung von 2 Malter Weizen auf ihre Rechte an diesen Besitzungen verzichten. Actum apud Phullendorf, anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> nonagesimo, XIII. kalendas augusti, presentibus hiis testibus et ad hoc vocatis, videlicet honorandis viris Hainrico, rectore ecclesie in Capelle, Rüd(olfo) et H(ainrico) dicto Yler, sociis eiusdem, Rüd(olfo) milite de Tanhain, Cûnrado filio Hainrici ministri dicti Græmelich, Friderico *am Graben*, Waltero de Wuluelingen, Rüd(olfo) et H(ainrico) dictis Græmelich, civibus in Phullendorf, aliisque pluribus fidedignis. 792.

Perg. Or. mit dem Siegel der Stadt Pfullendorf, das an einem Pergamentstreifen anhängt (in ein Säckchen eingenäht). In dem fürstl. Thurn und Taxis'schen Centralarchiv zu Regensburg. Cod. Sal. III, 285 No. CCXXXIV.

1290. Juli 22. Pfullendorf. Der Amman Heinrich und die Gesamtheit der Bürger zu Pfullendorf beurkunden die Schenkung eines Hauses daselbst durch Heinrich Uiler und seine Ehefrau Mæchtild añ das Kloster Salem. 793.

Universis hanc literam inspecturis Hainricus minister et universitas civium in Phullendorf, noticiam rei geste. || Noverrint universi tam posteri quam presentes, quod Hainricus dictus Viler et Mæhtildis uxor sua, saluti animarum suarum consulere || cupientes, domum suam sitam in Phullendorf infra muros et pratum situm prope pontem, dictum *Schüttelunbrugge* || de consensu Cûnradi, patris ipsius Hainrici et Adilheidis, matris eiusdem, aliorumque omnium, quorum intererat, per sollempnem donacionem venerabilibus in Christo domino . . abbati et conventui monasterii de Salem, ordinis Cysterciensis, Constantiensis dyocesis, donaverunt simpliciter propter deum, ita quod iidem de Salem domum et pratum andedictum eisdem Hainrico et Mæhtildi et liberis, si quos ipsi ambo procreaverint, pro annuo censu, videlicet uno fertone cere in festo beati Martini suo monasterio annis singulis persolvendo, concedant pos-

sidenda pacifice et quiete, salvo eodem iure heredibus liberorum ipsorum, si quos eos, ut dictum est, contigerit procreare. Hiis nichilominus condicionibus adiectis, videlicet quod si alter ipsorum, Hainricus videlicet aut Mæhtildis, rebus humanis exemptus fuerit, et ille, qui super vixerit, ad alia matrimonii vota voluerit transvolare, medietas domus et prati antedictorum ad prefatos de Salem libere devolvatur, reliqua medietate ei, qui superstes fuerit, reservata, dumtaxat pro tempore vite sue, quo ex hac luce migrante, reliqua medietas domus et prati sepepredictorum reverti debbit libere ad monasterium antedictum, nec . . liberi, si quos ex alio matrimonio susceperit seu quicumque heredes illius, qui superstes fuerit, quicquam sibi iuris vendicabunt aliquatenus in eisdem. In cuius facti evidenciam presentem literam eisdem abbati et conventui ad petitionem Hainrici et Mæhtildis sepepredictorum sigillo nostre civitatis porreximus communitam. Actum apud Phullendorf in cymiterio, anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> nonagesimo, XI. kalendas augusti, indictione III<sup>a</sup>, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Hainrico ministro in Phullendorf prenotato, Alberto de Ertingen, militibus, Alberto filio Alberti, Cûnrado, filio Hainrici ministri antedicti, Alberto dicto Gûder et Ber(toldo) fratre suo, Ber(toldo) dicto Hoppe, C. dicto Horne, Râd(olfo) precone, H. de Mambûrron, H. de Winterlingen, Cûnrado Mûlli et aliis quam pluribus probis viris.

Perg. Or. Siegel abgefallen. Im Fürstl. Thurn und Taxis'schen Centralarchiv in Regensburg.

1290. Aug. 20. Schattbuch. Swiggerus de Teggenhusen, iudex provincialis in comitatu Sancti Montis, beurkundet, dass Fridericus de Phlegelberch im Verlaufe eines Streites mit dem Kloster Salem über Besitzungen in Wanzenwiler, welche weiland Fridericus de Phlegelberch miles, patruus ipsius Friderici et uxor sua Salome dem genannten Kloster vergabten<sup>1</sup>, öffentlich vor ihm erklärt habe, dass ihm an diesen Besitzungen kein Recht zustehe. Actum apud Schattebüch anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> nonagesimo, XIII. kalendas septembris, indictione III<sup>a</sup>, presentibus testibus, videlicet viris strennuis H(ainrico) Pincerna de Smalnegge, Fr(iderico) de Mænlishouen, H(ainrico) dicto Græmelich, militibus, Hainrico cellerario maiore, H(ain-

<sup>1</sup> S. d. Urk. d. d. 1252 o. T. No. 277.

rico) de Ilmense, fratribus monachis in Salem aliisque pluribus fidedignis. 794.

Perg. Or. Fremde Hand. Siegel des Ausstellers aus Malta wie an No. 621, befestigt wie an No. 432. (3 Einschnitte.) Cod. Sal. II, 226 No. CXCHL

1290. Aug. 22. Nellenburg. Heinrich, ein Ritter, und Konrad von Homburg, Brüder, übertragen im Verlaufe eines Rechtsstreites zwischen dem Kloster Salem und den Brüdern Romer über Besitzungen zu Hirschlanden, die ihnen an einzelnen derselben zustehenden Rechte auf das genannte Kloster. 795.

Universis hanc literam inspecturis Hainricus miles et Cûnradus germani de Honburch fidem presentibus adhibere. Noverint universi, || ad quos presentes pervenerint, quod cum inter venerabiles in Christo . . abbatem et conventum in Salem ex una et Hainricum ac Johannem || dictos Rômer ex parte altera super possessionibus sitis in Hirzlanden, quas felicis recordationis Hainricus, avus noster, eisdem de Salem donavit, questio verteretur, tandem ex parte dictorum de Salem inobilem virum Swigerum de Deggenhusen et Fridricum de Mænlinshouen militem, ex parte vero dictorum Rômer in . . virum strennum de Randeg et Cûnradum de Stain, tamquam in veros arbitros, extitit compromissum, illi autem, Fridricum dictum Knusser, militem, eligentes medium et communem, fuerunt concorditer arbitrati, quod frater Hainricus, cellerarius maior in Salem, cum duobus aliis probis viris omni exceptione maioribus iuramento corporali firmaret, monasterium de Salem possessiones antedictas per duodecim annos pacifice possedisset; quod cum idem cellerarius fecisset, iidem arbitri possessiones sepedictas unâ cum medio et communi, quem elegerant, monasterio de Salem adiudicaverunt iusticia mediante, ab impetitione dictorum germanorum Romer pronunciantes eosdem de Salem libere absolutos. Actum apud Bodeman anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXXX<sup>o</sup>. IX<sup>o</sup>. octavo kalendas decembris<sup>1</sup>, presentibus viris strennuis Rudolfo de Sulzberch, Hainrico de Niuvron, Hainrico dicto Graemelich militibus. Verum quia sepedicti Hainricus et Johannes in Hirzlanden quasdam alias possessiones preter predictas, quas avus noster, ut dictum est, illis de Salem donavit, habere noscuntur, ad redditus octo solidorum et dimidii se extendentes, quas etiam a nobis in feo-

<sup>1</sup> 1289 Nov. 24.

dum tenuerunt, sepedictis de Salem cum instancia supplicarunt, quatenus ipsi eosdem redditus seu possessiones a dictis fratribus aliquid compararent, iidem vero de Salem ad hoc, ut omnis calumpnie seu questionis materia de medio tolleretur et ut sepedicti Romer renunciarent omni iuri, si quid habebant vel habere videbantur in redditibus antedictis seu omnibus possessionibus, quas impetiverunt in Hirzlanden, eosdem redditus, datis eisdem Hainrico et Johanni septem libris denariorum, iuste et legaliter ab ipsis emerunt, renunciantibus nobis omni iuri, quod ratione infeodationis nobis seu nostris heredibus in dictis possessionibus seu redditibus competeat, ac ad petitionem dictorum Romer transferentibus in monasterium prenotatum. In cuius facti evidenciam hanc litteram sigillis nobilis viri Manegoldi comitis de Nellenburch ac meo Hainrici prenotati, quo et ego Cûnradus contentus sum, eisdem de Salem porreximus communitam. Actum in Nellenburch pro nobis anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXXXX<sup>o</sup>. XI. kalendas septembris, presentibus hiis testibus, videlicet viris strennuis, Gôzwino de Hohenvels, dicto Lôber, Luitwrodo de Rordorf, H. germano suo, F. de Mænlinshouen, H. de Naencingen, H. de Hoberch militibus, Bertoldo mercatore et Bertoldo magistro in Raitenhasela, conversis in Salem aliisque pluribus fidedignis. Nos Manegoldus comes de Nellenburch iam dictus omnia et singula premissa vera esse profitentes ac nobis procuratoribus facta, ad petitionem partium presens instrumentum nostro fecimus sigillo communiri. Nos quoque Hainricus et Johannes prenotati omnia et singula premissa vera esse profitentes ac pecuniam memoratam nos recepisse, renunciamus pro nobis nostrisque heredibus universis omni iuri tam in genere quam in specie, quod nobis in possessionibus omnibus sitis in Hirzlanden competeat vel competere videbatur, et in evidenciam premissorum sigillis dominorum nostrorum predictorum de Nellenburch et de Honburch hanc petivimus litteram communiri.

Perg. Or. Fremde Hand. 2 Siegel aus Malta an Pergamentstreifen: 1. des Grafen Mangold von Nellenburg wie an No. 736 (3 schräge Einschnitte). — 2. des Heinrich von Homburg, dreieckschildförmig, 42:33 mm (IV A 2), im Schild ein Hirschgeweih. Umschrift: † s. hainrici. de. honbvrch. (Rückseite gratartig erhöht). Im Cod. Sal. befindet sich keine Abschrift dieser Urkunde, wohl aber (III, 222 No. CLXXXI) eine Notiz über den Schiedsspruch in dem Streit zwischen Salem und den Brüdern Romer, jedoch in Actum und Zeugenreihe von der betreffenden Stelle der

vorliegenden Urkunde abweichend. Es heisst dort: Actum apud Bodemen anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXXXIX<sup>o</sup> in vigilia beati Andree, hiis testibus presentibus: R. de Sulzeberch, H. de N<sup>u</sup>fron, H. de Waltstaige, H. dicto Grämelich, ministro in Phullendorf, militibus, H. ministro de Vberlingin, H. Rasore, H. Marsb<sup>u</sup>rrer, C. Gothaim, H. Herrer.

1290. Oct. 18. Salem. Ulrich und Marquard von Schellenberg, Heinrich von Neufrach, Hermann von Sulzberg und Heinrich Grämlich, entscheiden als Schiedsrichter einen Streit zwischen dem Kloster Salem und Dietrich von Neufrach über einen Hof in Neufrach. 796.

Omni<sup>u</sup>s presentis pagine inspectoribus U<sup>l</sup>ricus et Marquardus de Schellenberch, serenissimi R<sup>u</sup>dolfi, dei gracia Romanorum regis, vicem gerentes, Hainricus || de N<sup>u</sup>fron, Hermannus de Sulzperch, Hainricus dictus Grämelich, minister in Phullendorf, milites, noticiam rei geste. Ne lites decise per || concordiam recidivent, expedit, ut forme decisionum literarum indiciis tenaci memorie commendentur. Eapropter noverint universi tam poster<sup>u</sup>m quam presentes, quod || cum inter venerabiles in Christo . . . abbatem et conventum monasterii de Salem, ordinis Cysterciensis, Constantiensis dyocesis, super curia sita in N<sup>u</sup>fron, quam excolit C<sup>u</sup>nradus dictus de Rauenspurch, iure proprietario memoratis de Salem pertinente, ex una, et Dietricum de N<sup>u</sup>fron ex parte altera questio verteretur, tandem in nos a partibus, tanquam in veros arbitros, extitit compromissum, nos vero pro bono pacis et concordie, suscepto in nos arbitrio, concorditer fuimus arbitrati, quod prefati de Salem, receptis a Dietrico antedicto triginta novem marcis argenti ponderis Constantiensis, quas iidem sibi antea pro ipsa curia iuste vendicionis titulo donaverunt, prout in instrumento super hoc confecto plenius continetur, eandem curiam cum omnibus suis appendiciis predicto Dietrico redderent et eum in ipsius possessionem mitterent corporalem pacifice et quiete, hiis tamen condicionibus preconceptis, videlicet quod ipse eandem curiam a prefatis de Salem pro annuo censu, videlicet una libra cere in festo beati Martini ipsis annis singulis persolvenda, in feodum habeat, et si ipsum cedere vel decedere contingat sine heredibus, qui wlgariter *liberben* dicuntur, eadem curia cum omnibus suis attinenciis et iuribus universis ad sepefatos de Salem libere revertatur, nec quisquam heredum ipsius Dietrici aliquid sibi iuris vendicet in eadem. Si etiam ipse Dietricus curiam sepepredictam alienare per quem-

cumque modum vel quocumque titulo decreverit, quod tamen sine certa et manifesta necessitate facere non debet, sepedictis de Salem eandem curiam, prout nos Marquardus de Schellenberch et Hainricus dictus Græmelich prenotati, quos ad hoc iidem de Salem elegerunt, et vir strenuus Ūlricus de Kûnigesegge et ego Hainricus de Nûfron memoratus, quos Dietricus ad hoc elegit, taxaverimus, dare debet et tradere, contradictione qualibet non obstante. Quod si nos in taxatione seu estimacione nequiverimus concordare, personam mediam seu communem eligere debemus, et ad cuius partis summam in estimacione seu taxatione illa se contulerit, illius debet estimacio seu taxacio rata esse. Verum si aliquis ex nobis, qui ad taxationem seu estimacionem a partibus sunt electi, viam universe carnis infecto negotio fuerit ingressus, alter loco ipsius a parte, a qua ille electus fuerat, subrogari debet, ut ille cum aliis, qui superstites fuerint, in negotio procedat, secundum quod superius est expressum. In huius igitur rei evidenciam et robur perpetuum presens instrumentum sepedictis de Salem sigillorum nostrorum et Dietrici sepedicti porreximus robore communitum. Actum apud Salem anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> nonagesimo, XV. kalendas novembris, indictione III<sup>a</sup>, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet nobili viro Rûd(olfo) comite de Sangans, viris strenuis Wolfganch de Walse, Friderico dicto Tumben de Nûwenburch, Hainrico de Schönenstain, Willehelmo dicto Heller, Nycolao de Hermstorf, Friderico de Mænlishouen, militibus, Cûnrado de Marchtorf, Walt(ero) de Warthusen, Cûnone de Swarzenhorn, Walt(ero) de Homberch, fratre Rûperto priore, Hainrico cellerario maiore, Burcardo de Burchtor, Eber(hardo) de Stekboron, monachis in Salem, aliisque pluribus fidedignis. Ego Dietricus de Nûfron prenotatus omnia et singula premissa profiteor esse vera, sigillum meum huic litere appendendo pro testimonio et cautela.

Perg. Or. Salemer Hand. 6 Siegel aus Malta an Pergamentstreifen anhängend: 1. des Ulrich von Schellenberg, rund, 50 mm (IV A 2), der Dreieckschild dreimal getheilt, Umschrift: † **sigillvm. vrlcl. de. schellenberch.** (2 schräglaufende tiefe Einschnitte). — 2. des Marquard von Schellenberg, wie an No. 712 (2 unregelmässig geformte tiefe Einschnitte). — 3. des Heinrich von Neufnach wie an No. 651 (3 wagrechte Einschnitte). — 4. des Hermann von Sulzberg, dreieckschildförmig, 43:37 mm (IV A 2), der Schild durch Wellenlinien fünfmal getheilt, Umschrift: † **s. hermanni.**

**de. svlzeberch. ivvenis.** (Daumeneindruck). — 5. des Dietrich von Neufach wie an No. 651 (Daumeneindruck). — 6. des Heinrich Grämlich, dreieckschildförmig, 45:38 mm (IV A 2), im Schilde ein nach rechts schauender Steinbock, Umschrift: † s'. **hainricl. gramelich. de. phvlen-dorf.** (3 Einschnitte).

1290. Oct. 18. Salem. Ūlricus et Marquardus de Schellenberch fratres milites beurkunden, dass sie in einem Streit zwischen dem Kloster Salem und Hainricus de Nūfron, miles über die von dem verstorbenen Kleriker Ortolfus de Laiterberch herrührenden Besitzungen in Levertswiler (Laifswiler) und das Patronatsrecht der Kirche daselbst, als Schiedsrichter mit Hermannus de Sulzberch und Hainricus dictus Græmelich, minister in Phullendorf dahin erkannt haben, dass dem Hainricus de Nūfron an denselben kein Recht zustehe, dass aber trotzdem — pro superhabundanti cautela — das Kloster Salem demselben 11 Mark Silber auszahlen soll, wogegen er förmlich allen etwaigen Ansprüchen zu entsagen hat. Gleichzeitig spricht Hainricus de Nūfron diesen Verzicht aus. Actum Salem anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> nonagesimo, XV. kalendas novembris, indictione IIII<sup>a</sup>.<sup>1</sup> 797.

Perg. Or. Salemer Hand. 3 Siegel aus Malta an Pergamentstreifen, des Ulrich und Marquard von Schellenberg wie an No. 796 und des Heinrich von Neufach wie an No. 651.

1290. Nov. 17. Salem. Cūnradus nobilis dictus *der Fürst* de Cūnzenberch verzichtet auf das Eigenthumsrecht seiner Besitzungen, genannt *ze Betzenwison*, welche Burcardus dictus de Rischach von ihm, er selbst von Graf Mangold von Nellenburg zu Lehen trägt, zu Gunsten des Klosters Salem. Actum apud Salem anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> nonagesimo, XV. kalendas decembris, presentibus viro strennuo, domino Eber(hardo) milite de Talhain, Hainrico filio suo, item fratribus Hainrico cellerario maiore, Hainrico dicto *der Fürste*, Rūdolfo dicto Jōheler, B. de Bermetingen iuniore, Cūnrado Katholico, fratribus monachis in Salem aliisque pluribus probis viris. 798.

Perg. Or. Salemer Hand. Siegel des Ausstellers aus Malta, beschädigt, befestigt wie an No. 432, dreieckschildförmig, 45:40 mm (IV A 1) im Siegelfeld ein Hirsch auf 4 Bergen nach rechts aufwärts springend. Umschrift: † s'. c. **principis. (de. c)onzenberch.** (Daumeneindruck). Cod. Sal. II, 240 No. CCXIII. Reg. Ztschr. 3, 240.

<sup>1</sup> Die Zeugenreihe wie bei No. 796

1290. Nov. 20. Konstanz. Der Official des Hofgerichts zu Konstanz beurkundet, dass er, in einem Streite des Klosters Salem über die von dem verstorbenen Kleriker Ortolfus de Laiterberch herrührenden Besitzungen und das Patronatsrecht der Kirche in Levertswiler (Lâifswiler) mit dem Ritter Nycolaus de Hermestorf und dessen Schwiegermutter Engellindis, der Schwester jenes Ortolf, nebst Ūlricus de Richental, canonicus ecclesie Constantiensis, und Rûdolfus miles de Sulzperch zum Schiedsrichter bestellt, das Urtheil dahin gefällt habe, dass diesen kein Anspruch auf die genannten Besitzungen zustehe, dass sie jedoch (pro superhabundanti cautela) gegen 5 Mark Silber, die ihnen das Kloster Salem auszahlen soll, förmlich auf jeden etwaigen Anspruch zu verzichten haben. Nicolaus und Engellindis sprechen diesen Verzicht aus. Actum Constantie anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> nonagesimo, XII. kalendas decembris, indictione III<sup>a</sup>, presentibus subnotatis testibus, videlicet viris strennuis Hainrico, Friderico et Cûnrado, militibus et Alberto, clerico, fratribus de Mænlishouen, item Wernhero, magistro conversorum, Hainrico de Mûlhain et Burcardo dicto de Bûrchtor, fratribus monachis in Salem aliisque pluribus fidedignis. 799.

Perg. Or. Salemer Hand. 3 Siegel aus Malta an Pergamentstreifen: 1. des Officials von Konstanz wie an No. 671 (2 tiefe schräge Einschnitte). — 2. des Nicolaus von Helmsdorf wie an No. 667 (durch Fingerdruck erhöht). — 3. der Engellint von Laiterberg, rund, 40 mm (IV A 2), im Dreieckschild eine Leiter auf 3 Bergen. Umschrift: \* s'. engellindis. de. laiterb'c. (3 wagrechte Einschnitte).

1290. Dez. 22. Konstanz. Konrad von Denkingen, Bürger zu Konstanz und seine Ehe/rau Mye vergaben an das Kloster Salem ein Haus in der Stadt Konstanz und erhalten dasselbe auf Lebenszeit wieder zur Nutzniessung gegen einen Jahreszins. 800.

In gottes namen amen. Wan der lûte gehugde zergat — und ir leben schier ain ende hat — so ist nuzze und gût — swas man dur pesserunge tût — daz man brieve || schribe — daz ez her na state belibe<sup>1</sup>. — Und dar umbe allen den, die disen gegenwrtigen brief an sehent oder horent lesen, kunden wir Cûnrat von Denkingen, ain burger von || Kostenze, und vro Mye, min elich husvrowe, daz wir dur got und dur unser sel hail unser hus und hofstat und alles daz dar zû

<sup>1</sup> Gereimte Verse.

Perg. Orig. Salemer Hand. 4 Siegel aus Malta an Pergamentstreifen: 1. des Swicker von Gundelfingen, rund, 36 mm, IV A 2, im Dreieckschild das bekannte Wappenbild. Umschrift: s.' swigeri. de. gvndelfingen. — 2. des Bertold von Gundelfingen, dreieckschildförmig, 45:35 mm, im Schilde das bekannte Wappenbild, Umschrift: † s. bertoldi. de. gvndolvingen. (hierauf eine lilienartige Arabeske und ein Stern). — 3. des Swicker von Gundelfingen, rund, 50 mm, im Dreieckschild das bekannte Wappenbild. Umschrift: † s.' swigeri. nobilis. de. gvndelvingen. (die letzten zwei Buchstaben im Siegelfelde, oberhalb des Schildes). — 4. des Konrad von Gundelfingen wie an No. 600. Rückseiten 1–3 mit je 3, 4 mit 2 tiefen Einkerbungen. Cod. Sal. II, 248 No. CCIX. Regest: Ztschr. 3, 241.

1293. Jan. 22. u. Febr. 4. Salem. Dieselben übergeben, auf Bitten honorandi in Christo Hermanni de Hornstain, rectoris ecclesie in Blochingen, et . . fratrum suorum das Eigenthumsrecht der Wälder (nemorum seu silvarum), genannt *Braitenholtz, der Metzenberch und Smalenloch*, welche zu dem Hofe in Birkenweiler (Birchenwiler) gehörten und die strennuus vir Hainricus quondam de Nûfron miles von ihnen zu Lehen trug, an das Kloster Salem, welchem H. von Hornstain, als Vormund Heinrichs, des Sohnes des verstorbenen Heinrich von Nûfron, diese Wälder verkaufte. Actum anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> nonagesimo tercio, XI. kalendas februarii, consumatum vero anno eodem apud Salem II. nonas februarii, indictione VI<sup>a</sup>, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet viris strennuis D. de Nûfron et H. dicti Græmelich militibus, C. Græmelich, filio suo, H. dicto Swende, fratre Rûperto priore, H(ainrico)

cellerario maiore, H(ainrico) medio cellerario, monachis, et fratre Gerungo, mercatore, monacho de Salem aliisque pluribus fidedignis. 844.

Perg. Or. Salemer Hand. Von actum an andere (aber ebenfalls Salemer) Hand und andere Tinte. Von 4 Siegeln hängt nur noch eines, das des Swicker von Gundelfingen, wie an No. 843, 3 an einem Pergamentstreifen an der Urkunde. Auf der gratartig erhöhten Rückseite 3 kurze Einkerbungen. Cod. Sal. II, 236 No. CCXLIII.

1293. Febr. 4. Salem. Cūnradus nobilis de Gundoluingen miles beurkundet, dass in einem Streit zwischen ihm und dem Kloster Salem — er fordert von dem Kloster 5 Mark Silber, das Kloster klagt gegen ihn wegen erlittener Unbill durch Wegnahme von Eigenleuten, nämlich der der Kirche zu Levertswiler (Laifswiller) zustehenden Cūnradus et Hainricus dicti di Minsten — nachstehende Schiedsmänner: H(ainricus) dictus Græmelich, minister in Phullendorf, frater H(ainricus) medius cellerarius in Salem, dictus Gehürne et frater Gerungus mercator den Spruch gethan haben, dass er (Konrad) seinen Ansprüchen auf die 5 Mark entsagen, dagegen das Kloster von seiner weiteren Verfolgung wegen der Eigenleute abstehe solle. Er leistet diesen Verzicht und gibt die Erklärung ab, dass die genannten Eigenleute der Kirche von Levertswiler zugehören. Einen weiteren Streitpunkt, das Eigenthumsrecht von Besitzungen in Birkenweiler (Birkenwiller) betreffend<sup>1</sup> haben die nämlichen Schiedsmänner erkannt, dass das Kloster Salem ihm 1 Pfund Heller bezahlen solle, dessen Empfang er bescheinigt. Hainricus dictus Græmelich miles bestätigt die Richtigkeit des Vorstehenden und besiegelt die Urkunde. Actum in Salem anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> nonagesimo tercio, II. nonas februarii, indictione VI<sup>a</sup>, præsentibus testibus subnotatis, videlicet viro strenuo Dietrico milite de Nvfron, Hainrico dicto Swende, fratre Rūperto priore, fratre H(ainrico) cellerario maiore, H(ainrico) dicto Gehürne, medio cellerario monasterii in Salem, fratre Gerungo, mercatore ibidem, aliisque pluribus fidedignis. 845.

Perg. Or. Salemer Hand. 2 Siegel an Pergamentstreifen, aus Malta: 1. des Konrad von Gundelfingen wie an No. 600. Rückseite 2 tiefe Einkerbungen. — 2. des Heinrich Grämlich, dreieckschildförmig, die untere Spitze abgebröckelt, ca. 48:35 mm, IV A 2, im Schild ein nach rechts gerichteter Steinbock. Umschrift: † s. hāir. dēi. grame(l)ich. de. phulendorf. Rückseite 2 schrägläufige Einschnitte. Cod. Sal. II, 237 No. CCX.

<sup>1</sup> Vgl. die Urkunde No. 843.

1293. Febr. 15. Konstanz. Hainricus Waltherus et Cūnradus fratres dicti de Ramswāg, milites, verkaufen mit Zustimmung ihrer Erben an das Kloster Salem ihre Besitzungen in Bregensdorf und Ronwil (Bregenstorf et Ranwile), welche sie vom Kloster St. Gallen zu Lehen trugen, nach erfolgter Resignation an den Abt von St. Gallen, mit allen dazu gehörigen Gütern und Rechten, eingeschlossen den Waltherus dictus de Bregenstorf, seine Ehefrau und Kinder, um 219 Mark Silber Konstanzer Gewichtes. Sie leisten die üblichen Verzichte und führen als Eideshelfer und Leistungsbürgen (in Konstanz) für die seinerzeitige Ratification dieses Verkaufes durch die jetzt noch minderjährigen Kinder ihres verstorbenen Bruders Burchardus Dietricus folgende Personen auf: nobiles et strennuos viros, dominos Hugonem comitem de Werdenberch, Rūdfolum et Diethalnum dictos de Gṽttingen, Johannem de Bodemen, Rūdfolum et Hermannum fratres de Sṽlzberch, Marquardum et Ūlricum fratres de Schellenberch, Johannem de Schönenberch, Rūdfolum de Stainach, Ūlricum dictum Giel de Glatburg, milites, et Cūnradum de Castello. Datum et actum Constancie anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XC<sup>o</sup> tercio, XV<sup>o</sup> kalendas marcii, indictione VI<sup>a</sup>, presentibus testibus, videlicet fideiussoribus suprascriptis, necnon domino Ūlrico, abbate monasterii in Salem, fratre Eberhardo de Stekeboron, fratre Burchardo dicto de sancto Stephano et fratre Dietrico de Bermetingen seniore, monachis monasterii memorati, aliisque quam pluribus fide dignis.

846.

Perg. Or. Salemer Hand. 2 Siegel an Pergamentstreifen aus Malta.

1. des Heinrich Walther von Ramschwag wie an No. 813. — 2. des Konrad von Ramschwag, rund, 35 mm, IV B 1, im Siegelfelde, das mit Rankenarabesken verziert ist, der Helm, als Kleinod 3 Schwanenhälse. Umschrift: † s. chṽnrad. de. ramswach. Rückseiten: je ein Daumeneindruck. Cod. Sal. II, 300 No. CCLXXXI. Regest: Ztschr. 10, 413 irrig mit dem Datum März 18.

1293. Febr. 21. Feldkirch. Fridericus dictus Tvmbe de Nlwenburch beurkundet, dass Burchardus dictus Brenzich, minister suus, mit seiner und seines Bruders Swigerus Zustimmung, dem Kloster Salmanswiler um 13 Pfund Konstanzer (Pfennig), den Acker *zir Lawben*<sup>1</sup> verkauft habe. Zeugen: Hermannus de Prunvm, Chūnradus dictus Han et Hainricus

<sup>1</sup> Wohl in der Nähe von Feldkirch.

dictus Attin. Datum in Velckirch anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXXXIII, proxima die sabbati ante kathedram Petri. 847.

Perg. Or. Fremde Hand. An sehr schmalem Pergamentstreifen das Siegel des Ausstellers aus Wachs, rund, 35 mm, III B 3, ein nach rechts sprengender Reiter, in der Rechten das gezückte Schwert, auf dem Helm das Kleinod, 2 Schwanenhälse, am linken Arm den dreimal getheilten Schild. Derselbe noch ein Mal im Siegelfeld unterhalb des Pferdes. Umschrift undeutlich. Die Rückseite erhöht mit 2 Eindrücken. Cod. Sal. II, 241 No. CCXVII. Reg. Ztschr. 3, 242. Druck: Ztschr. 10, 412.

1293. Febr. 23. Markdorf. Swigerus de Teggenhusen nobilis übergibt dem Kloster Salem das Eigenthumsrecht nachstehender Besitzungen bei Lellwangen (Lælewanch): duorum agrorum dictorum vulgariter *dû zwâi lant bi der niderun wise*, unius iugeris siti in loco vulgariter dicto *hinder Lælenbolt*, unius agri vulgariter dicti *das lant zem iûch über den wege*, duorum pratorum vulgariter dictorum *dî zwen wisebletz an oberun wise*, unius prati dicti *gemainde in den rieteren*, welche Hainricus dictus Gunthalm et Hartmannus dicti de Lælewanch von ihm zu Lehen trugen, ihm resignierten und an Siggo de Lælewanch um 2½ Pfund verkauften. Er verpflichtet sich mit seinem Sohn Konrad zur Gewährleistung. Actum in Martorf anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> nonagesimo tercio, VII. kalendas marcii, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet honorando viro Cûnrado sacerdote de Vitzenwiler, Ūlrico dicto Burst, Waltero dicto Bisant, fratre Dietrico de Bermetingen iuniore, monacho in Salem, aliisque quam pluribus fidedignis.

848.

Perg. Or. Salemer Hand. Das Siegel des Ausstellers befestigt wie an No. 432, aus Malta, wie an No. 621. Rückseite: Daumeneindruck. Cod. Sal. II, 222 No. CLXXXVIII. Reg. Ztschr. 3, 241.

1293. März 10. Neuraderach. Wern(herus) de Raderai dictus Gniftinch übergibt den halben Hof in Engû, die Besitzungen in Grasbeuren (Grasbürron [ad culturam duorum boum se extendentes]), die Schupose in Bermatingen (Bermetingen) genannt *Frankengû*, den halben Weingarten daselbst, ferner die Eigenleute Konrad Vries und Adelheid und Guta Vriesinen, welche Rûdolfus miles de Bermetingen von ihm zu Lehen trug und ihm nunmehr resignierte, dem Kloster Salem als Ersatz für einige demselben in Oberried (Obernriedern) weggenommene Ochsen, sowie zu seinem und seiner Vorfahren

Seelenheil zu rechtem Eigenthum. Actum in Nova Raderai anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XCIII<sup>o</sup>. VI. idus marcii, indictione VI<sup>a</sup>, presentibus hiis testibus, videlicet C. dicto Schacher, Her(manno) dicto de Vischbach, fratre D(ietrico) de Bermetingen iuniore aliisque pluribus fidedignis. 849.

Perg. Or. Salemer Hand. Siegel des Ausstellers, befestigt wie an No. 432, aus Malta, wie an No. 564. Rückseite 2 wagrechte Einschnitte. Cod. Sal. II, 240 No. CCXV. Regest: Ztschr. 3, 242.

1293. März 20. Pfullendorf. Hainricus minister et consules civitatis in Phullendorf beurkunden, dass die Witwe des Fridericus dictus *am Graben* alle ihre Besitzungen in Spöck (Spekke), genannt *des Swenders güt*, um 9 Mark Silber an das Kloster Salem verkauft habe. Da ihr diese Besitzungen als Morgengabe zugehörten — et eas repetere posset etiam abiuratas — so verpflichtet sich die genannte Witwe für den Fall einer Rückforderung zur Zahlung einer Busse von 14 Mark Silber und stellt als Eideshelfer und Leistungsbürgen (in Pfullendorf) ihren Bruder Burcard und ihren Eidam Burcard von Wüluelingen. Actum in Phullendorf anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> nonagesimo tercio, XIII. kalendas aprilis, indictione VI<sup>a</sup>, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Rüdolfo dicto Grämelich, C. filio ministri, Hainrico, filio quondam H(ainrici) ministri, Alberto dicto Guder, Ulrico Fabro, Ber(toldo) dicto Motteler, fratre Gerungo dicto Ekhart, H. dicto Brvger et H. de Wintersulgen, conversis in Salem, aliisque pluribus fidedignis. 850.

Perg. Or. Salemer Hand. Siegel der Stadt Pfullendorf an einem Pergamentstreifen, aus Malta, wie an No. 463, wo indes das Mass unrichtig angegeben ist, das Siegel ist 50, nicht 45 mm gross. Rückseite 2 Einkerbungen. Cod. Sal. II, 280 No. CCLXIX.

1293. März 24. Neu-Raderach. Wern(herus) de Raderai dictus Gniftinch verkauft an das Kloster Salem um 5<sup>1/2</sup> Pfund Konstanzer Pfennig den Hainricus dictus de Aphelöwe, dessen Schwester Cristina, sowie das Eigenthumsrecht der Besitzungen in Unter-Siggingen (Siggingen inferior) und in Haidbrämen bei Limpach mit aller Zugehör, welche der genannte Heinrich von ihm zu Lehen trug. Datum in Nova Raderai anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> nonagesimo tercio, IX. kalendas aprilis, indictione VI<sup>a</sup>, presentibus hiis testibus R. milite de Bermetingen, C.

dicto Schacher, H. dicto de Vischbach, fratre D(ietrico) de Bermetingen iuniore aliisque pluribus fidedignis. 851.

Perg. Or. Salemer Hand. Besiegelt wie No. 849. Cod. Sal. II, 241 No. CCXVIII.

1293. Mai 6. Fridericus miles et Swiggerus fratres dicti Tumben de Nüwenburg verkaufen an das Kloster Salem das ihnen von Alters her (a proavorum nostrorum temporibus) zustehende Eigenthumsrecht der Aecker in Raine, genannt *ze dem kriesbôme*, mit aller Zugehör um 7 Pfund Konstanzer Pfennig. Huius rei testes sunt Cûnradus Gallus, Cûnradus Zölle, Hainricus Bezzell, Cûnradus Kôlbeli, Hainricus Âtti, Hainricus, filius eiusdem, Hermannus Segenser, Hermannus, Hainricus et Andreas fratres in Valle, Cûnradus et Hainricus dicti Gebüttel. Datum et actum anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XCIII<sup>o</sup>. II. nonas maii. 852.

Perg. Or. Fremde Hand. 2 Siegel aus Malta an Pergamentstreifen: 1. des Swicker Tumb v. Neuburg, verkehrt anhängend, IV A 2, rund, 48 mm, der Dreieckschild dreimal getheilt. Umschrift: † s. swigeri. tvmben. de. nwwinberch. — 2. des Friedrich Tumb von Neuburg, wie an No. 847, gut erhalten, die Umschrift hier auch deutlicher: † s. friderici. tvmbonis. de. nwvvrch. Rückseite beider gratartig erhöht mit je 3 Einschnitten. Cod. Sal. II, 219 No. CLXXXIII.

1293. Mai 7. Ehingen. Ūlricus comes de Berge beurkundet, dass sein Ministeriale Cûnradus dictus de Stainifurt mit seiner Zustimmung dem Kloster Salem um 10 Pfund Hellerpfennig eine Wiese in der Pfarrei Bierlingen (Bilringen), genannt *Wechselwise*, 4 *mannemat* gross, mit dem dazu gehörigen Zehnten verkauft habe. Zeugen: Hainricus filius noster, Wlf dictus de Velbach, Hainricus Gôldeli, Hainricus Bôller, Hainricus Aichiloher, Burcardus Griffe, Cûnradus dictus Zâhe, minister in Ehingen, Cûnradus de Sulmingen, Hainricus dictus Stôlzel, Cûnradus dictus Volke, Cûnradus dictus Glunge, Albertus Simeler, Cûnradus Ellende et Cûnradus dictus Birchi-hart. Datum et actum in Ehingen anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XCIII<sup>o</sup> nonas maii. 853.

Perg. Or. Fremde Hand. Siegel des Ausstellers aus Malta, an Pergamentstreifen, wie an No. 638, Rückseite 5 Einschnitte. Cod. Sal. II, 367 No. CCCLX.

1293. Mai 9. Weildorf. Hugo de Werdenberg et de Sancto Monte comes übergibt das Eigenthumsrecht der Be-

sitzungen zu Habertsweiler (Hadebrehtswiler), genannt *Schrallengüt*, welche von ihm Johannes de Bodemen miles, von diesem Hainricus in dem *Vrithoue* zu Lehen trug, nach von Beiden erfolgter Resignation dem Kloster Salem. Zeugen: Ūlricus de Kvnegsegge miles, Ūlricus, filius eiusdem, Petrus de Orsingen, Cûnradus dictus Kindevatter, Cûnradus Isengrin, Bur(cardus) dictus *der Schizze*, Hainricus dictus Ânrwwe, Hugo, famulus Johannis de Bodemen prenotati, et . . notarius meus et alii quam plures. Datum et actum apud Wildorf anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XCIII<sup>o</sup> VII. idus maii. 854.

Perg. Or. Fremde Hand. Siegel des Ausstellers aus Malta an einem sehr schmalen Pergamentstreifen, wie an No. 750. Cod. Sal. II, 242 No. CCXIX.

1293. Mai 20. St. Gallen. Willehelmus dei gratia abbas totusque conventus monasterii Sancti Galli übergeben die von ihren Lehenträgern Hainricus Waltherus et Cûnradus germani de Ramenswach verkauften Besitzungen und Eigenleute in Bregenstorf und Ronwil (s: oben No. 846) dem Kloster Salem gegen einen jährlich am St. Gallentag fälligen Zins von 1 Pfund Wachs, sub iure emphitheotico possidendas. Datum et actum apud Sanctum Gallum anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> nonagesimo tercio, XIII. kalendas junii, indictione VI<sup>a</sup>, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet dilecto in Christo Cûnrado sacerdote, capellano nostro, Waltero dicto Kuchimaister, clerico, viris strennuis Rûdolfo de Sulzberch, Hainrico advocato de Wartense, militibus, Waltero dicto Blarrer, ministro civitatis nostre, Cûnrado dicto Kuchimaister et dicto Gûgelli, camerario nostro, aliisque pluribus fidedignis 855.

Perg. Or. Fremde, wohl St. Galler Hand. 2 Siegel aus Malta an Pergamentstreifen: 1. des Abtes Wilhelm von St. Gallen, spitzoval, 60:35 mm, III A 2b, sitzender infulierter Abt mit Stab und Buch, Umschrift: † s.' wilhelmi. del. gr̄a. abbatis. mōn. sc̄i. galli. — 2. des Convents von St. Gallen, rund, 70 mm, II B, der hl. Gallus auf einer Bank sitzend, mit dem Bären. Im Siegelfelde: s.' gallvs. Umschrift: † s.' conventvs. monasterii. sancti. galli. Rückseite beider gratartig erhöht mit je 2 tiefen Einschnitten. Cod. Sal. II, 228 No. CXCVI. Reg. Ztschr. 3, 242, Auszug Ztschr. 10, 413.

1293. Juni 11. Markdorf. Cûnradus de Marhtorf beurkundet und besiegelt, dass die Besitzungen des Hainricus dictus Mædelinch in Lempfriedweiler und Harras (in Limphers-

wiler et in Harrazin), nach dessen Tode, wie er selbst und sein Sohn H. vor den unten genannten Zeugen erklärt hat, dem Kloster Salem als Eigenthum zufallen sollen. Actum apud Marhtorf, presentibus hiis testibus et rogatis, nobili Swigero de Teggenhusen, Ber(toldo) ministro, Ber(toldo) rectore ecclesie in Hart, H. fratre eiusdem, Diethelmo de Riethusen et fratre H. dicto Gräter, monacho monasterii supradicti. Anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XCIII<sup>o</sup>. III. idus junii. 856.

Cod. Sal. II, 230 No. CXCVIII. Vgl. oben No. 607.

1293. Juni 18. Salem. S(wigerus) de Teggenhusen nobilis verspricht unter seinem Siegel gegen Bezahlung von 12 Mark Silber, dass er bezüglich aller Besitzungen und Eigenleute, welche C. von Hermsdorf von ihm zu Lehen trägt, in die Hände der Herren, die ihn mit denselben belehnt haben, Verzicht leisten werde, und entsagt allen Ansprüchen, die er etwa auf dieselben haben könnte, indem er sich selbst als Bürgen verpflichtet (me verum warandum obligo et astringo). Datum et actum in Salem, anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XCIII<sup>o</sup>. XIII. kalendas julii, indictione VI<sup>a</sup>, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Jacobo de Bermetingen, C. dicto Rihter, H. Pont, H. dicto Herrer de Raderai, C. dicto Hæcheler de Markdorf, Ruperto priore, H. medio cellerario, N. cellerario minore, C. Katholico, monachis, et fratre Ger(ungo), converso in Salem aliisque pluribus fidedignis. 857.

Cod. Sal. III, 304 No. CCLIII.

1293. Aug. 25. Rheineck. Ūlricus et Marquardus germani dicti de Schellenberch beurkunden, dass Amelya, die Tochter des Marquard von Schellenberg, Witwe des Burkard Dietrich von Ramschwag (Ramenswach), auf die Ansprüche, die sie wegen der ihr als Morgengabe zukommenden 75 Mark Silber auf die Besitzungen zu Bregensdorf hatte, welche Heinrich Walther und Konrad von Ramschwag an das Kloster Salem verkauften, nachdem sie dafür durch Zuweisung von 10 Mark Einkünften aus Besitzungen in pago dicto Walgô, in villa dicta Nænzingen et prope villam genügend entschädigt worden, in die Hände des vorgenannten Heinrich Walther und des Grosskellers von Salem, frater Hainricus de Isenina, verzichtet habe. Actum apud Rinegge, anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> nonagesimo tercio, VIII. kalendas septembris, indictione VI<sup>a</sup>, subnotatis

testibus presentibus et rogatis, videlicet strennuis viris R(üd-  
dolfo) et Her(manno) germanis de Sulzperch, Gôswino de Aems<sup>1</sup>,  
Her(manno) de Montforti, militibus, Úl(rico) de Husen, Ju-  
(hanne) ministro de Rinegge, . . et . . fratribus suis, . . dicto  
Schaffer de Arbona, Ot(tone) de Blattun, Bur(cardo) de Sûls,  
fratre H(ainrico), cellerario maiore et fratre C. Katholico,  
monachis in Salem, aliisque pluribus fidedignis. 858.

Perg. Or. Salemer Hand. 2 Siegel der Aussteller aus Malta an Perga-  
mentstreifen, wie an No. 679 (das Siegel des Ulrich ist dort unrichtig  
gemessen, es hat einen Durchmesser von 45, nicht 40 mm). Rückseite  
je 1 Daumeneindruck. Cod. Sal. II, 227 No. CXCV. Regest: Ztschr.  
3, 243. Druck: Ztschr. 10, 414.

1293. Sept. 14. Biberach. Cûnradus Pincerna de Winter-  
stetin bekennt, dass er gegen die spectabiles viri domini Otto  
et Gôtfridus germani comites de Warstain auf den Zehnten in  
Rôhrwangen (Rôrwanc), den er von ihnen zu Lehen trug, ver-  
zichtet habe. Datum in Biberach anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XCIII<sup>o</sup>  
in die exaltacionis sancte crucis. 859.

Cod. Sal. III, 308 No. CCLIX. Vermuthlich erwarb das Kloster  
Salem später diesen Zehnten. Es besass noch im 17. Jahrhundert einen  
Hof in Rôhrwangen.

1293. Nov. 10. Markdorf. Hainricus Pincerna de Smaln-  
egge senior verpfändet dem Kloster Salem für 2 Pfund Kon-  
stanzer Pfennig den Jacobus de Appenwiller, seine Ehefrau  
Adilhaidis und seine Kinder auf die Dauer von 3 Jahren (ita  
quod a die crastina per triennium, videlicet a die beati Mar-  
tini ipsum nequaquam redimere teneor, nec ipsi aliquod iu-  
gum servitutis imponere, sed tamquam proprius dicti monasterii  
abbati et conventui tenetur modis omnibus obedire). Datum  
et actum apud Martorf anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXXXIII<sup>o</sup>. in  
vigilia Martini. 860.

Perg. Or. Salemer Hand. Siegel (befestigt wie an No. 432) abge-  
gangen.

1293. Dez. 29. Konstanz. Bischof Rudolf und das Ca-  
pitel der Kirche zu Konstanz übergeben dem Kloster Salem  
den Zehnten in Kluftern (Cluftern) und Markdorf (Martorf),  
einen Weingarten und andere Bësitzungen in Appenweiler  
(Appenwiler), welche Cûnradus de Hermstorf, filius quondam

<sup>1</sup> Cod. Sal. II, 227 liest Aenis. Es könnte auch Aeins heissen.

viri discreti Jacobi militis de Hermsdorf, von ihnen zu Lehen trägt und dem genannten Kloster zuzuwenden wünscht, und zwar übergeben sie die Zehnten um Gotteswillen, die Güter zu Appenweiler aber um 20 Mark Silber, zudem wird das Kloster jährlich an Lichtmess an die Kammer des Bischofs einen Zins von 1 Pfund Wachs entrichten. Datum et actum Constancie anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> nonagesimo tercio, III<sup>o</sup> kalendas januarii, indictione VI<sup>a</sup>. 861.

Perg. Or. Hand der bischöfl. Kanzlei zu Konstanz. 2 Siegel aus Malta an Pergamentstreifen: des Bischofs Rudolf II. und des Capitels. Rückseite: je 4 schräglaufende Einschnitte. Cod. Sal. II, 308 No. CCXCIII.

1293. o. T. St. Gallen. Willelmus dei gratia abbas totusque conventus monasterii Sancti Galli übergeben dem Kloster Salem — ob dilectionem specialem, qua erga eosdem movemur — das Eigenthumsrecht aller Besitzungen in Klufftern (Clufftern), welche Cünradus de Hermstorf iunior von dem nobilis vir Swigerus de Teggenhusen, dieser aber von St. Gallen zu Lehen trug, wogegen das Kloster Salem jährlich am St. Gallentag der Kirche von St. Gallen  $\frac{1}{2}$  Pfund Wachs (iure emphitheotico) zu entrichten hat. Datum et actum apud Sanctum Gallum anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XCIII<sup>o</sup>. 862.

Perg. Or. dieselbe (St. Galler) Hand wie No. 855. An leinener, gelb und weisser Litze das Siegel des Abtes Wilhelm aus mit Fett vermischem Wachs wie an No. 855. Rückseite 2 Daumeneindrücke. Das Siegel des Kapitels ist abgegangen. Cod. Sal. III, 305 No. CCLV. Druck: Ztschr. 11, 38 und Wartmann, Urkb. v. St. Gallen 3, 718 (nach dem Cod. Sal.).

1293. Dec. 30. Heiligenberg. Hugo comes de Werdenberg et de Sancto Monte übergibt das Eigenthumsrecht der Besitzungen in Habertsweiler (Habrehzwiller), welche vir strenuus Dietricus de Nivfrün von ihm zu Lehen trug, nachdem derselbe darauf verzichtet, nebst dem *anehafti* genannten Recht und anderer Zugehör dem Kloster Salem. Actum in Sancto Monto anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XCIII<sup>o</sup>. III<sup>o</sup>. kalendas januarii indictione VI<sup>a</sup>. 863.

Perg. Or. fremde Hand. Siegel des Ausstellers aus mit Fett vermischem Wachs wie an No. 750, an Pergamentstreifen. Rückseite: 3 unregelmässige Eindrücke. Cod. Sal. II, 242 No. CCXX. Das Regest Ztschr. 3, 243 vermengt den Inhalt zweier Urkunden, der vorliegenden und der oben unter No. 854 aufgeführten.

1294. Jan. 11. Riedlingen. Hermann von Hornstein, Kirchherr in Blochingen, als Vormund des Heinrich von Neufnach verpflichtet sich, hinsichtlich der von diesem an das Kloster Salem verkauften Güter deren Loslösung aus dem Gundelungen'schen Lehenverbande zu erwirken.

864.

Universis Christi fidelibus presencium inspectoribus Her(mannus) de Hornstain rector ecclesie in Blochingen, tutor seu curator Hainrici, filii strennui viri pie recordationis H(ainrici) militis de Nûfron, rei geste || noticiam cum salute. Noverint omnes et singuli, ad quos presentes pervenerint, quod cum Wernherus, Ũlricus et Adeloldus dicti Besserer, cives in Vberlingen, possessiones universas sitas in Nûfron, quas a || predicto H(ainrico) milite de Nufron in feodum tenuerunt, quasque idem H(ainricus) de Nûfron a nobilibus viris dominis Swigero, Bertholdo et Cûnrado militibus de Gundeluingen germanis et a . . dicto Burger et Hainrico, || fratrue libus eorundem, tenuit et possedit, venerabilibus in Christo . . abbati et conventui monasterii de Salem pro certa summa peccunie legitime vendidissent, ego Her(mannus) de Hornestain prelibatus, intentus tutele seu curacioni predicti Hainrici, que utilitatis ipsius expediunt vel expedire videntur, fideliter procurare, non postponens ius infeodandi, quod sibi in prefatis possessionibus et earum attinenciis universis seu appendiciis, agris videlicet cultis et incultis, pratis, pascuis, silvis, virgultis et omnibus aliis tacitis et expressis, dictis possessionibus intus et extra pertinentibus, competebat vel competere videbatur, et quasdam silvas cum fundo earum, olim curie in Birchenwiler pertinentes, que predicto Hainrico de Nûfron militi in partem cesserunt, quando idem H(ainricus) cum dilecto patruele suo, Dietrico de Nûfron milite, nunc novicio in Salem, possessiones, que ipsis communiter pertinebant, partiretur, dilectis in Christo . . abbati et conventui monasterii supradicti pro viginti marcis puri et legalis argenti ponderis usualis, quas me recepisse et in utilitatem evidentem, videlicet gravem exonerationem debitorum supradicti H(ainrici), me convertisse profiteor, iuste vendicionis titulo vendidi, tradidi et donavi, obligans et constituens me necnon Ludewicum, Manegoldum, Hainricum et Johannem, germanos meos, dictis dominis de Salem veros warandos ad universa et singula, que eisdem de Salem super translacione iuris infeodandi, possessionum et silvarum pre-

dictarum cum universis attinenciis suis per nobiles de Gundeluingen et H(ainricum) de Nûfron antedictos in dictum monasterium de Salem facienda necessaria visa fuerint, fideliter et efficaciter procuranda. Et ne sepedicti abbas et conventus de Salem super expedicione translacionis iuris huiusmodi in ipsos facienda quovis modo valeant defraudari, nos H(ermannus), Ludewicus, Manegoldus, Hainricus et Johannes de Hornstain germani prefati eisdem de Salem viros strennuos et discretos H. dictum Bachritter, Petrum de Hornstain, milites, Wern(herum) ministrum de Rûdelingen et Ludewicum dictum Grûl de Ertingen fideiussores constituimus sub hac forma, quod nos ius proprietatis silvarum predictarum, curie in Birchenwiler olim, ut dictum est, pertinencium per prefatos de Gundeluingen, quibus dictarum silvarum proprietas pertinere dinoscitur, usque ad festum purificationis proximo instans in ipsum monasterium transferri cum efficacia procuremus, et quandocumque sepefatus H(ainricus) de Nûfron ad annos discrecionis devenerit, ut per cessionem seu renunciacionem dictarum possessionum et silvarum ac iuris, quod sibi in eisdem conpetebat seu conpetit quovis modo, prout sepefatis domino abbati et conventui expedire visum fuerit, faciat et fideliter exequatur, inducere tenemur et efficaciter procurare, dolo et fraude qualibet penitus circumscriptis. Alioquin fideiussores suprascripti a sepedictis abbate et conventu moniti tenebuntur, se apud Rûdelingen, fide prestita nomine sacramenti, in verum obstagium presentare, nunquam inde recessuri, donec omnia et singula, que dictis abbati et conventui super cessione et renunciacione iuris ipsius Hainrici in possessionibus et silvis antedictis et earum attinenciis universis necessario expedire visa fuerint, efficaciter fuerint adimpleta. Si vero medio tempore aliquem nostrum sive fideiussorum prefatorum de hac vita migrare contigerit, alium eque ydoneum, quem dicti abbas et conventus acceptaverint, cum ab eisdem moniti fuerimus, ipsis infra octo dies post huiusmodi monicionem tenebimur subrogare. Alioquin duo ex nobis, qui ab ipsis moniti fuerint, tenentur, se apud Rûdelingen in obstagium presentare nunquam inde recessuri, donec eque ydoneus ipsis a nobis fuerit subrogatus. In cuius rei testimonium presentem literam prefatis de Salem mei sigilli, quo et fratres mei predicti et fideiussores suprascripti usi sunt presentibus et contenti, ro-

bore tradidi communitam. Nos Ludewicus, Manegoldus, H(ainricus) et Johannes germani de Hornstain veros warandos unâ cum fratre nostro presentibus fore publice profitemur, obligantes nos ad omnia supradicta, prout predicta sunt, fideliter et efficaciter exequenda. Nos vero Hainricus, Petrus, Wern(herus) et Ludewicus suprascripti profitemur, nos fideiussores existere, secundum quod superius expressum est, et ad ea, que nos contingere debent et possunt, fideliter adimplenda, sub appendicione sigilli domini Her(manni) supradicti, quo presentibus usi sumus et contenti, obligamus presencium per tenorem. Actum apud Rûdelingen anno domini M<sup>o</sup> CCXCHIII<sup>o</sup>. III. idus januarii indictione VII, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet hon(orando) viro domino Alberto dicto Mannewirst, vicario in Althain, Ber(toldo) dicto Murzel.<sup>1</sup>

Perg. Or. Vermuthlich Salemer Hand. Siegel des Ausstellers, befestigt wie an No. 432, aus Malta, rund, 30 mm, IV A 1, im Siegelfelde eine Hirschstange mit 5 Enden auf drei Bergen. Umschrift: † s.' h.' rectoris. i. snaisanch.<sup>2</sup> Rückseite durch Fingerdruck etwas erhöht.

1294. Febr. 1. St. Gallen. Willehelmus dei gracia abbas, . . prepositus, . . decanus, . . custos totusque conventus monasterii Sancti Galli, übergeben das Eigenthumsrecht an den Besitzungen in Kluftern (Cluftern) und nachstehender Eigenleute: Mæhtildis, uxor H. dicti Bont, Adilhaidis dicta Tydellerin, Adilhaidis et Gûta sorores de Vischebach, Mæhtildis, filia Cûnradi Fabri de Cluftern, die zu jenen Besitzungen gehören, mit welchen Cûnradus de Hermestorf iunior von dem nobilis vir Swigerus de Teggenhusen, dieser aber von St. Gallen belehnt war, dem Kloster Salem gegen Entrichtung eines Jahreszinses von  $\frac{1}{2}$  Pfund Wachs an St. Gallentag, iure emphitheotico. Datum et actum apud Sanctum Gallum anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> nonagesimo quarto, kalendas februarii, indictione VII<sup>a</sup>. 865.

Perg. Or. Die gleiche Hand wie No. 855. Ebenso besiegelt, die Siegel jedoch aus Wachs, Rückseite des Abtsiegels mit Daumeneindruck, des Konventssiegels gratartig erhöht mit 2 tiefen Finschnitten. Cod. Sal. III, 318 No. CCLXXIII.

<sup>1</sup> Augenscheinlich sollten noch weitere Zeugen aufgeführt werden. —

<sup>2</sup> Nach der Siegelumschrift scheint Hermann von Hornstein früher Kirchherr zu Schneisingen (Kant. Aargau) gewesen zu sein.

1294. Febr. 11. Konstanz. Der Official des Hofes zu Konstanz beurkundet, dass vor ihm magister Ebernandus, clericus Constantiensis, bekannte, dass er an das Kloster Salem seine Besitzungen in dem Dorfe Neufrach (in villa Nûfron), genannt *des Phlûgers gût*, die er vor dem Kloster gegen einen Jahreszins von  $\frac{1}{4}$  Pfund Wachs (unius fertonis cere) zu Lehen trug, um 18 Mark Silber bedingungslos (sine omni condicione vel pacto) verkauft habe. Datum Constantie anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> nonagesimo quarto, III. idus februarii indictione VII<sup>a</sup>.

866.

Perg. Or. Hand des Konstanzer Officialats. 2 Siegel befestigt wie an No. 432: 1. des Officials, aus Malta wie an No. 671. Rückseite wie dort beschrieben. — 2. des Magisters Ebernandus, aus mit Fett vermischtem Wachs, spitzoval, 32:20 mm, III A 2c in Verbindung mit II B. In gotthischer Nische die hl. Jungfrau mit dem Kinde, darunter unter einem Spitzbogen ein kniender Kleriker (sehr feine Arbeit). Umschrift: s. *magr. . . n. stan*. Rückseite Daumeneindruck. Cod. Sal. II, 244 No. CCXXIII.

1294. Febr. 25. Konstanz. Konrad von Markdorf verkauft für sich und seinen minderjährigen Neffen Ulrich Oswald an das Kloster Salem einen von dem Hochstift Konstanz zu Lehen rührenden Hof zu Frickingen. 867.

Omnibus presencium inspectoribus Cûnradus de Marchdorf salutem et subscriptis fidem adhibere. Ut super cottidianis contractibus futuris litibus caveatur, expedit, ut ea, que fiunt, scripturarum, testium ac sigillorum testimoniis perhennentur. || Ad universorum igitur ac singulorum noticiam desidero pervenire, quod cum ego et Ūlricus Oswaldus, pupillus quondam Ūlrici, fratris mei, gravibus oppressi essemus ex causis rationabilibus et legitimis oneribus debitorum, nec ad extenuacionem vel absolutionem || eorundem nobis posset absque distractione seu vendicione possessionum nostrarum commode vel aliquatenus provideri, ego Cûnradus de Marchdorf predictus, meo nomine ac tutoris nomine Ūlrici Oswaldi, pupilli quondam fratris mei suprascripti, curiam nostram || sitam in villa Frikingen, quam Bertholdus dictus Tragbot excolit, quam a venerabili patre ac domino, dei gratia Constantiensi episcopo tenuimus in feodum, cum omnibus pertinenciis et iuribus eiusdem, in religiosos viros abbatem et conventum monasterii de Salem titulo vendicionis transtuli, de consensu reverendi patris ac domini Hainrici, dei gratia electi et confirmati in episcopum, R. decani totiusque capituli ecclesie

Constantiensis, receptis pro huiusmodi vendicione octoginta marcis puri et legalis argenti ponderis Constantiensis et decem libris denariorum monete Constantiensis, de qua quidem pecunia mihi plenarie satisfactum confiteor ab eisdem. Et ne dictus contractus presumatur factus in fraudem vel eidem possit in posterum quomodolibet obviari ex eo videlicet, quod dictus Ūlricus Oswaldus, pupillus fratris mei, discretam seu legitimam non habet etatem, nec suis potest personaliter negociis interesse secundum legitimas sanctiones, necnon quod aliquis vel aliqui eisdem de Salem de predicta curia contractum tam sollempniter factum voluerint impedire, de ipsa curia movendo questionem eisdem, ego Cūnradus de Marchdorf predictus, ad cavendum dictis abbati et conventui de evictione et de omni periculo, quod occasione huiusmodi contractus possent incurrere, obligo me eisdem sub rerum mearum omnium ypotheca. Et nichilominus ad superhabundantem cautelam tres eisdem abbati et conventui principales debitores constituo, videlicet dilectos avunculos meos, Waltherum Dapiferum de Warthusen, Fridericum Dapiferum de Messekilch et Burcardum de Hohenvelse, qui quidem unā mecum per stipulationem sollempnem se dictis abbati et conventui ad idem iuris et facti vinculum astrinxerunt, videlicet quod procurabunt et facient, quod dictus pupillus, postquam ad legitimam etatem pervenerit, rite sollempniter et legitime ratificabit contractum predictum infra duorum mensium spacium, postquam de hoc moniti et requisiti fuerint ab abbate et conventu sepedictis, fide super hoc data eisdem de Salem nomine iuramenti, ita videlicet, quod liceat eisdem abbati et conventui, unumquemque ex eis, non obstante constitutione de duobus reis debendi, in solidum convenire. Constituens insuper sepedictis abbati et conventui fideiussores subscriptos, ut sibi super contractu predicto plenissime caveatur, videlicet strennuos viros Hermannum de Sulzperch, Ūlricum de Wiler, Nicolaum de Hermsdorf, Cūnradum de Menlishouen, Albertum de Birchperg et Bertholdum, ministrum meum de Marchdorf, qui promiserunt fide data nomine iuramenti, postquam moniti fuerunt ab abbate et conventu sepefatis, se infra unius mensis spacium recipere in obstagium in civitate Constantiensi apud certum et legalem hospitem vel hospites, si ventum fuerit contra premissa vel aliquid eorundem, dolo et fraude qualibet

circumscriptis, nunquam inde recessuri nisi de dictorum abbatibus et conventus licentia speciali. Si autem aliquo casu contingat, quod aliquis vel aliqui ex eis non possint in civitate Constantiensi obstagium personaliter observare, alium vel alios sibi eque ydoneos subrogabunt, quos dicti abbas et conventus duxerint acceptandos sub modo et condicionibus suprascriptis. Et hoc idem, id est subrogacionem huiusmodi, nos C(ünradus) de Marchdorf et<sup>1</sup> warandi sive principales debitores suprascripti tam ad nos quam ad fideiussores extendi volumus, scilicet si aliquem vel aliquos ex nobis mori contigerit, reliqui, qui superstites fuerint, alium vel alios eque ydoneum vel ydoneos sibi substituant, que vel quos dicti abbas et conventus acceptaverint, et hoc infra unius mensis spacium sub modo et condicionibus suprascriptis. Verum postquam dictus pupillus ad legitimam etatem pervenerit, ita quod suis potest negotiis personaliter et legitime interesse, et per dictos tres warandos sive debitores principales, quos ego C(ünradus) de Marchdorf mecum warandos constitui super contractu predicto, fuerit procuratum, quod dictus pupillus vendicionem predictam ratificabit legitime, dictorum trium principalium et fideiussorum prescriptorum extinguetur et cessabit obligatio, nec locum sibi ulterius vendicabit. Super premissis autem ego C(ünradus) de Marchdorf predictus, tam pro me quam pro pupillo predicto et heredibus meis quibuscunque, renuncio exceptioni non numerate peccunie, deceptioni ultra dimidium iusti precii, omni actioni et exceptioni doli et in factum condicionis sine causa, omni fraudi, simulationi, contractus deceptioni ac universis et singulis tam facti quam iuris exceptionibus et generaliter omni iuris auxilio tam canonici quam civilis, per que premissa vel aliquid premissorum posset impediri. In cuius rei testimonium ego C(ünradus) de Marchdorf sepefatus sepredictis de Salem presens instrumentum sigillo meo communitum tradidi pro testimonio et cautela. Nos quoque Waltherus de Warthusen, Fridericus de Messelkilch, Dapiferi, Burcardus de Hohenvelse, principales debitores et warandi super contractu predicto, et nos Her(mannus) de Sulzperch, et Nycolaus de Hermsdorf, C(ünradus) de Mænlishouen milites predicta omnia, prout premissa sunt, vera esse profitemur et in robur firmitatis eorundem sigilla nostra presenti

<sup>1</sup> Lücke im Or.  
Zeitschr. XXXIX.

appendimus instrumento. Nos eciam Ūlricus de Wiler et Albertus de Birchperg, omnia et singula suprascripta vera esse profitentes, sigilla nostra huic littere appendimus in robur et testimonium premissorum. Ego vero Ber(tholdus), minister de Marchdorf, omnia supradicta vera esse profiteor, et quia sigillo proprio non utor, sigillo domini mei, C(ūnradi) de Marchdorf sepius memorati usus sum presentibus et contentus. Actum Constantie anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> nonagesimo quarto, V. kalendis marcii, indictione VII. Datum vero anno eodem in diversis locis et temporibus, temporibus tamen marcii et aprilis.

Perg. Or., wohl Salemer Hand. An Pergamentstreifen hängen 9 Siegel an der Urkunde, 1–8 aus Malta, 9 aus Wachs: 1. des Konrad von Markdorf wie an No. 841. — 2. des Truchsessens Friedrich von Messkirch, rund, 45 mm, IV A 2, im Dreieckschild 3 leopardierte Löwen. Umschrift: † s. friderici. dapiferi. de. rordorf. — 3. des Burkart von Hohenfels wie an No. 722. — 4. des Walther von Warthausen wie an No. 561. — 5. des Hermann von Sulzberg wie an No. 796. — 6. des Albert von Birchberg, rund, 40 mm, im Dreieckschild ein Birkenast auf drei Bergen. Umschrift: † s. alberti. de. birchberch. — 7. des Nicolaus von Helmsdorf wie an No. 667. — 8. des Konrad von Mehlshofen wie an No. 667. — 9. des Ulrich von Weiler, rund, 39 mm, IV A 2, in dem eingegitterten Siegelfelde der Dreieckschild, in diesem von rechts nach links ein geschachter Schrägbalken. Umschrift: † sigillum. vlrici. de. wiler. Auf den Rückseiten sämtlicher Siegel Daumeneindrücke, nur bei 5 ist dieselbe gratartig erhöht mit 2 Einschnitten. Vgl. No. 868.

1294. Febr. 25. Konstanz. Hainricus, dei gracia, electus et confirmatus in episcopum ecclesie Constantiensis, überläßt mit Zustimmung seines Capitels dem Kloster Salem das Eigenthumsrecht (directum dominium seu proprietatem) des in der vorausgehenden Urkunde näher bezeichneten Hofes zu Frickingen gegen Entrichtung eines jährlich an Mariä Geburt fälligen Zinses von 1 Pfund Wachs. Acta sunt hec Constancie presentibus honorandis viris R. decano, R. thesaurario, Alberto de Castello, Cūnrado de Clingenberch, canonicis ecclesie Constantiensis, . . . de Clingen, rectore ecclesie in Hiltzingen, magistro C(ūnrado) Phefferhart, canonico ecclesie Sancti Johannis Constanciensis, magistro R. de Aerzingen, magistro Her(manno) de Vtwile, Swigero, rectore ecclesie in Alshain, Ūl(rico) Schællenberch, clericis, Hermanno de Sulzperch, Friderico in Turri, Nycolao de Hermstorf, C. et Petro dictis Ratgeben, militibus, Ūl(rico) dicto Vbeli, R. dicto *vf dem Houe*,

civibus Constanciensibus, Ber(toldo) ministro de Martorf, Rûperto priore, Ūl(rico) de Sol, C. Bawaro, C. Katholico, sacerdotibus et Eber(hardo) de Stekboron, monachis in Salem aliisque pluribus fidedignis, anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> nonagesimo quarto, V. kalendas marcii, indictione VII<sup>a</sup>. 868.

Perg. Or. Hand der bischöflich Konstanzischen Kanzlei. 3 Siegel an Pergamentstreifen aus Malta: 1. des erwählten und bestätigten Bischofs Heinrich von Konstanz, spitzoval, 70:45 mm, III A 2b, im Siegelfelde auf einem Stuhl mit gothischer Lehne ein sitzender Cleriker, die Rechte auf ein in der Linken gehaltenes Buch gelegt. Unterhalb des Stuhles ein Zweig mit 3 Blüthen oder Dolden. Umschrift: † s. haīr. dī. grā. elcl. et. jārmatl. ī. ep̄m. constanc. Rückseite: Daumeneindruck. — 2. des Domcapitels, bekannt, Rückseite: 2 Daumeneindrücke. — 3. des Konrad von Markdorf wie an No. 841. Rückseite durch Fingerdruck erhöht. Cod. Sal. II, 245 No. CCXXIII. Regest: Ztschr. 3, 244. Vgl. No. 867.

1294. März 14. Ulm. Graf Eberhard von Wirtemberg und Abt Ulrich von Salem einigen sich auf ein Schiedsgericht zur Schlichtung ihrer Streitigkeiten über Besitzungen und Rechte zu Nürtingen. 869.

Universis hanc litteram inspecturis Eberhardus comes de Wirtenberch fidem presentibus adhibere. Puniri debet minus aspere, qui se recogitat deliquisse nec reverti desiderat ad pacem. Eapropter presentes noverint et futuri, || quod cum inter nos ex una et venerabiles in Christo abbatem et conventum monasterii de Salem, ordinis Cysterciensis, Constantiensis dyocesis ex parte altera super possessionibus sitis in Nîrtingen, vulgariter dictis *die gebraiten*, et iure fori || iudicialis, quo ad homines super bonis dicti monasterii ibidem residentes questio verteretur nosque eosdem de Salem in aliis suis possessionibus sitis ibidem ac alibi multipliciter gravassemus et ob hoc ad instanciam eorundem gravibus fuissemus excommuni||cationis sentenciis innodati, tandem nobis ad cor reversis questio taliter est sopita, quod nos de communi consensu unâ cum predictis de Salem super questione fori iudicialis predicta seu iure standi iudicio coram sculteto a nobis constituto, quod nobis pertinere asseruimus in predictis possessionibus et hominibus monasterii supradicti, in nobilem virum Swiggerum de Gvndelvingen, dictum *der Lange*, virum strennum Wolframum, dictum *von dem Staine*, militem, in viros providos Marquardum, capitaneum civitatis in Ezzelingen, Rûdegerum Rûpertum, civem ibidem, quibus venerabilem in Christo dominum abbatem in Bebenhvsen aut honorandum

virum dominum . . decanum in Ezzelingen, vel fratrem Zvtelmannum, novicium in Bebenhvsen, sociare debemus, compromisimus bona fide, ita quod illi quinque in tota vicinia a fidedignis inquirant sub debito iuramenti, quid iuris felicitis recordacionis quondam nobilis vir Bertoldus comes de Vrach et nobiles viri domini de Niphen, quibus possessiones predictae cum hominibus in ipsis residentibus pertinebant, ipsorumque progenitores in homines seu colonos possessionum earundem in Nvirtingen habuerint a retroactis temporibus, et quid nostri progenitores iuris ibidem habuerint, similiter inquirant et post inquisitionem, si in nostram partem et sententiam omnes quatuor vel tres ex eisdem consenserint, ius fori iudicialis predicti in hominibus seu colonis possessionum omnium, quas dicti de Salem a nobili viro domino de Niphen antedicto in Nvirtingen compararant, nobis sit salvum. Si vero predicti omnes quatuor vel tres ex eisdem iuramento firmaverint, quod predictum ius fori, secundum quod ex relatione fidedignorum acceperunt, comiti Ber(toldo) prenotato seu dominis de Niphen pertinuerit, homines seu coloni predictorum de Salem in dicta villa coram nostro sculteto super quacumque causa iuri stare de cetero nullatenus compellantur, sed sint liberi sicut et possessiones ipse, quibus nos presentibus libertatis ius recognoscimus plena fide. Super expensis etiam, quas dicti de Salem in lite fecerunt et interesse in venerabilem in Christo dominum abbatem de Cesarea et nobilem virum Swiggerum de Gyndelvingen predictum compromisimus concorditer, ita quod illi, inspectis laboribus et expensis, quod bonum esse secundum claritatis sue consilium ordinarent. Illi vero arbitrati fuerunt, quod nos sepedictis de Salem in refusionem expensarum suarum et interesse in festo beati Galli unam carratam vini de vino, quod nobis crescit in vinea dicta Criegesberch, daremus, quod et nos facturos promittimus per presentes. Verum super dampnis ipsis vel hominibus seu<sup>1</sup> colonis possessionum sepedictarum per nos vel nostros a tempore cepte litis illatis in partibus transalpinis, virum strennum Wolframum, Marquardum et Rûdegerum Rûpertum predictos unâ cum predicto domino abbate ad hoc elegimus, quod illi dampnis sibi illatis debite declaratis tempus solucionis nobis<sup>2</sup> constituent, et si omnes tres consentire in tempore non potuerint, duorum sen-

<sup>1</sup> Or. hat se. — <sup>2</sup> Or. hat uobis.

tencia, si concordaverint, maneat inconcussa. Et ne de predictis, videlicet arbitrio super foro iudiciali facto, super refusione expensarum iam dicta et solucione dampnorum in terminis constitutis per prefatos arbitros aliquid inmutetur, viros strenuos Wolframum de Ebersperch, Eberhardum de Stöffeln, Bertoldum von dem Steine, Ūlicum dictum Spâte, milites, et Cûnradum de Liebenowe, nobilem prefatis de Salem fideiussores constituimus, ita quod si nos aliquid de predictis inmutaverimus et tres fideiussores, videlicet sepedictum Wolframum von dem Steine et duos cives de Ezzelingen ydoneos iam dictis fideiussoribus non associaverimus infra mensem et si litteram post inquisitionem super iure fori iudicialis factam, si tamen predicti inquisitores eis ius fori recognoverint, ut dictum est, ipsis sub nostro sigillo non dederimus, in obstagium se recipiant in Ezzelingen, in Gamvndiam, in Rvtelingen vel in Kilchain aut alibi, de licentia tamen abbatis sepedicti, nunquam inde recessuri donec impedimentum, quod ipsis in quocumque predictorum articulorum emergerit, de medio sit sublatum. Si etiam aliquis de predictis fideiussoribus ex iusta et legitima causa per aliquot dies absentare se voluerit, unum eque ydoneum in locum suum subrogabit, et si aliquis ex eis, quod absit,<sup>1</sup> viam universe carnis ingressus fuerit aut cesserit, alium infra mensem in locum illius subrogare debemus eque bonum, alioquin duo ex hiis, qui superstites fuerint, in obstagium se recipere tenebuntur in aliquo predictorum locorum, nunquam inde recessuri, donec id effectui fuerit mancipatum quod et se facturos promiserunt iuramento prestito corporali, fraude ac dolo circumscriptis penitus in premissis. Adiectum est etiam, quod quamdiu arbitri supradicti super iure fori iudicialis non fuerint arbitrati, tamdiu homines sepedictorum de Salem in possessionibus sepefatis residentes iuri stare coram nostro sculteto nullatenus compellantur aut per nostros aliquatenus molestantur. Renunciamus preterea ex superhabundanti omni iuri tam in genere quam in specie, quod nobis ratione communitatis in possessionibus sepedictis in Nvrtingen, quas iidem de Salem a domino de Nipphen compararunt, conpetebat vel conpetere videbatur, pro nobis nostrisque heredibus universis, promittentes bona fide, quod possessiones ibidem, quas cum eis communes habemus, infra men-

<sup>1</sup> ex — absit am Rande nachgetragen.

sem dividamus, salvo tamen nobis iure arandi in eisdem agris hactenus observato, exceptis dumtaxat hominibus seu colonis dominorum de Salem, quia servicio arandi liberi esse debent, et quod litteras, quas coram serenissimo R(üdolfo), dei gratia felicis recordacionis rege Romanorum, obtinuimus et quas coram serenissimo Adolfo, eadem gratia nunc rege Romanorum, obtinuimus, reddamus, nunquam ipsos de cetero ibi vel alibi gravaturi. In cuius facti evidenciam hanc litteram sigillo nostro et sigillo domini abbatis sepefati fecimus communiri. Actum in Vlma anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXXXX quarto, dominica qua cantatur Reminiscere, indictione quarta, hiis testibus presentibus, videlicet nobili viro Burchardo comite de Hohenberch, viro strennuo Walthero de Vrbach, milite, Echardo de Hōbach, milite, Alberto plebano de Rāms, Cūnrado de Barchysen, notario, Burchardo de Campidona, Ūlrico de Vberlingen, Dietrico de Bermetingen, monachis in Salem, fratre Cūnrado, converso ibidem aliisque pluribus fidedignis. Nos frater Ūlricus, abbas et conventus de Salem prenotati omnia premissa vera esse profitentes, obligamus nos, quod si venerabilis in Christo pater dominus abbas Cesariensis, qui vice nostra domino de Wirtenberch promisit, quod nos, si arbitri sepepredicti ius fori iudicialis sibi dixerint pertinere, super hoc sibi litteram nostram demus, cesserit vel decesserit, antequam ipsi fuerint arbitrati, quod nos statim pronunciacione facta, si litteram non dederimus, cellerarium nostrum maiorem in Ezzelingen mittamus, nunquam inde recessurum, donec id per nos fuerit adimpletum. Et in evidenciam premissorum sigillum nostrum huic appendimus instrumento. Hoc etiam adiecto, quod predicti tres, in quos super dampnis compromissum est, infra mensem proximum de dampnis inquirere et terminos solucionis et tempus constituere teneantur. Alioquin fideiussores predicti, si per nos comitem Eberhardum predictum steterint<sup>1</sup> moniti, in obstagium, ut dictum est supra, se recipere teneantur. Datum anno et die prenotatis.

niter facta, honorabiles in Christo . . abbas et conventus monasterii de Salem nobis maius et utilius precium obtulissent, nos, deliberacione prehabita diligenti et nostra utilitate diligencius considerata, dictum castrum cum agris, pratis, silvis, iurisdictionibus, viis et inviis et cum suis pertinentiis ac iuribus tam corporalibus quam incorporalibus universis, quocumque nomine censeantur, exceptis dumtaxat caldariatoribus et piscaria in Cruchenwise antedictis, eisdem . . abbati et conventui monasterii de Salem ipsorumque monasterio pro centum et viginti marcis argenti puri et legalis ponderis Constantiensis rite et legitime vendidimus et in ipsos ipsorumque monasterium vendicionis titulo transtulimus cum sollempnitate verborum ac gestuum debita et consueta. Peccuniam itaque supradictam nos a dictis . . abbate et conventu integraliter recepisse et in utilitatem nostram evidentem fore conversam scriptis presentibus recognoscimus et sollempniter confitemur. Et quia possessionum supradicto castro pertinentium sunt aliquae feudales, harum literarum contextu nos dictis . . abbati et conventui per stipulacionem legitimam obligamus ad procurandum cum effectu, quod, cum reverendus pater et dominus noster, . . dei gratia Constantiensis episcopus, cui directum dominium earundem possessionum in parte pertinet, ad suam dyocesim et nobilis vir dominus Bertoldus de Gundoluingen, cui similiter dictarum possessionum dominium una cum fratribus suis indivisim in aliqua parte noscitur pertinere, ad suas partes reversi fuerint, resignacione ipsarum per nos ad ipsorum manus, sicut moris est, primitus facta, possessiones easdem cum suis attinentiis universis et proprietatem earundem infra mensem post ipsorum redditum transferent sollempniter donacionis titulo in . . abbatem et conventum ipsorumque monasterium antedictos, alioquin nobilis vir Anselmus de Justingen iunior, Bur(cardus) de Tobel, Bertholdus de Dankratswiler et Cónradus de Stuben, milites per nos ipsis . . abbati et conventui super expedicione plena premissorum usque ad dictum terminum per obligationem fidei preste eis ab ipsis vice et nomine sacramenti obsides constituti, ad ipsorum monicionem se in obstagium presentabunt, dictus nobilis apud Mængen et reliqui tres apud Rauenspurch antiquum, in eodem obstagio tamdiu in personis propriis remansuri, quousque ea, que predicta sunt, prout sunt premissa, comple-

tum perducta fuerint ad effectum. Et si aliquem dictorum obsidum seu fideiussorum ante complementum eorum, que predicta sunt, cedere vel decedere continget aut extra provinciam proficisci, extunc tres residui se in locis predictis in obstagium ad monicionem eorundem abbatis et conventus debent celeriter presentare, donec per nos eisdem in locum cedentis, decedentis aut extra provinciam<sup>1</sup> proficiscentis alter eque ydoneus fuerit subrogatus, hoc adiecto, quod, si eorundem obsidum seu fideiussorum aliquem tempore sue monicionis in alio morari continget obstagio, idem quo ad observacionem sui obstagii debet alium sibi substituere, facientem equales expensas in locis antea nominatis. Ceterum ne prefatis abbati et conventui circa premissa vel ipsorum quodcumque possit in posterum impedimentum afferri aut quodcumque dispendium seu preiudicium generari, obligamus nos nostrosque, quicumque fuerint, heredes pro tempore et successores, eisdem abbati et conventui ipsorumque monasterio sub omnium rerum nostrarum ypotheca expressa presencium et futurarum per stipulationem legitimam et sollempnem ad subeundum pro ipsis et ipsorum monasterio in omnibus et singulis supradictis quodlibet onus evictionis, interesse, expensarum, laborum et warrantie in quocumque iudicio civili, ecclesiastico et seculari et nichilominus extra iudicium in locis quibuscumque, placitis et alibi, quandocumque et quocienscumque id ipsum dictis abbati et conventui utile fuerit aut aliquatenus profuturum et quandocumque ac quocienscumque id nobis nostrisque heredibus in iure vel extra ius ex parte ipsorum denunciatum fuerit aut intimatum. Denique ut premissa et singula eorundem robor incommutabile assequantur, renunciamus hiis in scriptis circa ipsa et quodlibet ipsorum tam pro nobis quam pro nostris heredibus in futurum beneficio restitutionis in integrum principaliter et etiam incidenter, defensionis et auxilio non adhibite sollempnitatis, omnibus litteris a principalibus ecclesiasticis aut secularibus et a quibuscumque iudicibus concessis et concedendis aut in posterum impetrandis, excepcioni et suffragio non numerate pecunie, non tradite aut non solute, omnibus constitutionibus et statutis tam editis quam edendis, auxilio consuetudinis generalis et particularis, omni remedio legum et canonum ac generaliter et specialiter omni suffragio

<sup>1</sup> Or. hat provinciam.

tam in genere quam in specie, quo mediante premissa vel ipsorum quodcumque ullo unquam possent turpari vel impediri tempore aut aliquatenus violari. In evidenciam itaque et firmitatem perpetuam eorundem presens instrumentum prelibatis abbati et conventui ipsorumque monasterio tradimus, sigillorum nostrorum necnon Anselmi de Justingen, Bur(cardi) de Tobel, Ber(tholdi) de Dankratswiler et Cûnr(adi) de Stuben militum, obsidum prefatorum, robore communitum. Nos Anselmus, Bur(cardus), Ber(tholdus) et Cûnr(adus), obsides supradicti, ad petitionem prelibatorum Ūlrici de Kûnigsegge militis et Ūlrici, sui filii, huic instrumento appendimus sigilla nostra ob fidem perpetuam et robur incommutabile singulorum et omnium premissorum. Datum et actum apud Lushain anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> nonagesimo quarto, III<sup>o</sup>. nonas novembris, indictione VIII<sup>a</sup>, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Rûd(olfo) dicto Græmelich, . . dicto Ohsobach et . . dicto Ekhart, fratre H(ainrico) medio cellerario, fratre Alberto pistore, fratre Eber(hardo) de Stekboron et fratre Dietrico de Nûfron, monachis in Salem, aliisque pluribus fidedignis.

Perg. Or. im kgl. Regierungsarchiv zu Sigmaringen. Salemer Hand. An Pergamentstreifen 6 Siegel aus Malta: 1. des Ulrich von Königsegg (Vater) wie an No. 724. — 2. des Ulrich von Königsegg (Sohn), rund, 40 mm, IV A 2, der Dreieckschild geweckt. Umschrift: † s. Ūlrici. iŷnioris. de. kŷnigsegege. — 3. des Anselm von Justingen, rund, 40 mm, IV A 2, im schraffierten Dreieckschild das bekannte Wappenbild (von links nach rechts gehender Stufenschnitt). Umschrift: † s. anshalmi. iŷnioris. de. iŷstingen. — 4. des Berthold von Tobel wie an No. 656. — 5. des Berthold von Dankertsweil, rund, 35 mm, im damascierten Siegel-feld der Dreieckschild, in demselben eine Lilie. Umschrift: † s. bertholdi. de. dancratisswillaer. — 6. des Konrad von Stuben, dreieckschildförmig, 40:35 mm, IV A 2, in dem von einer Perlstab-Linie eingefassten schraffierten Dreieckschild 3 Fenster (2, 1). Umschrift: † s. cŷvonradi. de. stŷbŷn. Rückseiten: 1, 2, 3, 6 Daumeneindrücke, 4 durch Fingerdruck erhöht, 5 zwei Einkerbungen. Cod. Sal. II, 289 No. CCLXXXIX. Erwähnt Ztschr. 3, 479 Anm. 4.

1294. Nov. 2. Lausheim (Dez. 13. Heiligenberg). Dieselben stellen eine weitere Urkunde über den Verkauf der Burg Leiterberg an das Kloster Salem aus. 890.

Omnibus etc. (wörtlich mit der vorigen Urkunde übereinstimmend his confitemur, dann heisst es weiter:) Et quia possessionum supradicto castro pertinencium sunt alique feudales, harum lite-

rarum contextu nos dictis abbati et conventui per stipulationem legitimam obligamus ad procurandum cum effectu, quod reverendus in Christo pater et dominus noster, dei gratia Constantiensis ecclesie episcopus, cui directum dominium earundem possessionum in parte pertinet, et nobiles viri Swigerus, Cûnradus et Bertholdus germani, Swigerus dictus Burger et Hainricus fratres de Gundeluingen, quibus similiter dictarum possessionum dominium indivisim in aliqua parte dinoscitur pertinere, resignacione ipsarum per nos ad ipsorum manus, sicut moris est, primitus facta, possessiones easdem cum suis attinenciis universis et proprietatem earundem infra festum beati Martini proximo nunc instans transferent sollempniter donacionis titulo in abbatem et conventum ipsorumque monasterium antedictos, alioquin strennui viri et discreti Burcardus de Tobel miles, Burchardus de Hohenuelse, Rûdolfus de Rosenberch, Bertoldus de Hôdorf, Rûdolfus de Ramensperch, Rûdolfus dictus Swendi, Cûnradus dictus Rihter, item Cûnradus dictus Woluegger, Albertus dictus Hûpscheli, Johannes dictus Trolle, Johannes dictus Heller et Cûnradus dictus Gôtf rid, cives in Rauenspurch, per nos ipsis abbati et conventui super expedicione plena premissorum usque ad dictum terminum per obligacionem sacramenti eis ab ipsis sollempniter prestiti obsides constituti, ad ipsorum monicionem se in obstagium presentabunt apud Constantiam, Rauenspurch vel Vberlingen civitates, in eodem obstagio tamdiu in personis propriis remansuri, quousque ea, que predicta sunt, prout sunt premissa, completum perducta fuerint ad effectum. Ut autem dictis de Salem super predictis plenius caveatur, illustrem virum dominum Hugonem comitem de Werdenberch, strennuos viros Rûdolfum et Hermannum de Sulzberch fratres milites ipsis de Salem veros warandos constituimus de observandis et exequendis omnibus articulis suprascriptis, tali condicione adiecta, quod, si omnia suprascripta infra terminum prenotatum ad execucionem debitam per nos deducta non fuerint, extunc predictis fideiussoribus seu obsidibus in obstagio per unum mensem durantibus iidem dominus comes et . . de Sulzberch fratres in obstagium apud Constantiam, Rauenspurch vel Vberlingen se recipiant, sub nostro dampno et periculo abinde non exituri, donec omnia prescripta per nos modo debito compleantur. (Die weiteren Bestimmungen über die

Bürgen, das Versprechen der Vertretung und der Verzicht sind wesentlich, zum grossen Theil sogar wörtlich wie in der vorhergehenden Urkunde.) In evidenciam itaque et firmitatem perpetuam eorundem presens instrumentum prelibatis abbati et conventui ipsorumque monasterio tradimus, sigillorum illustris viri domini Hugonis de Werdenberch necnon Rûdolfi et Hermannii fratrum de Sulzberch et nostrorum robore communitum. Nos Hugo comes de Werdenberch, Rûdolfus et Hermannus de Sulzberch sepefati omnia et singula premissa, prout prescripta sunt, vera esse profitentes obligamus nos ad petitionem dictorum Ūlrici de Kûnigesegge militis et Ūlrici, filii sui, et veros warandos constituimus pretaxatis domino abbati et conventui de Salem data fide vice prestiti sacramenti de observandis et exequendis omnibus suprascriptis, promittentes bona fide, si infra dictum terminum omnia et singula premissa ad effectum debitum, ut premissum est, deducta non fuerint, predictis fideiussoribus seu obsidibus per unum mensem in obstagio durantibus, nos apud Constantiam, Rauenspurch aut Vberlingen in obstagium recepturos, nunquam inde exituri, donec omnia premissa ad effectum debitum perducantur. Et in huius rei evidenciam et robur hanc literam nostris sigillis fecimus roborari. Actum apud Lushain anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> nonagesimo quarto, IIII<sup>o</sup>. nonas novembris, indictione VIII<sup>a</sup>., subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Rûdolfo dicto Græmelich, . . dicto Ohsobach et . . dicto Ekhart, item Hainrico, medio cellerario, Alberto pistore, Eber(hardo) de Stekboron et Dietrico de Nûfron, monachis in Salem, consumatum vero postea apud Sanctum montem anno domini suprascripto, idus decembris, indictione predicta, presentibus infra scriptis, videlicet domino Rûd(olfo) sacerdote *us der Egge*, . . notario domini Hugonis comitis supradicti, Her(manno) [de] Apphelðwe, Rûdolfo dicto Vrômich, Ber(tholdo) dicto Schûtze, Benzzone pannicisore et . . dicto Snider, cellerario in Sancto Monte, item Hainrico, cellerario maiore, Alberto pistore, D(ietrico) de Bermetingen seniore, Bur(cardo) de Campidona, sacerdotibus, Eber(hardo) de Stekboron et D(ietrico) de Nûfron, monachis in Salem, aliisque pluribus fidedignis.

Perg. Or. im kgl. Regierungsarchiv zu Sigmaringen. Salemer Hand. An Pergamentstreifen 5 Siegel aus Malta: 1. des Grafen Hugo von Werdenberg wie an No. 750. — 2. des Rudolf von Sulzberg, dreieckschildförmig,

die Spitze abgebröckelt, IV A 2, der Dreieckschild durch Wellenlinien 5mal getheilt (das Bild weicht aber wesentlich von dem bei No. 796 beschriebenen ab, erinnert eher an Feh, vgl. v. Hefner, Handbuch 1, 42 Anm. 4). Von der Umschrift zu erkennen: † s. *rudolf. (m)ilitis. d. svlzberg.* — 3. des Hermann von Sulzberg wie an No. 796. — 4. u. 5. der Brüder von Königsegg wie an der vorhergehenden Urkunde. 1 3 und 5 haben auf der Rückseite einen Daumeneindruck, 4 deren 2.

1294. Nov. 17. Weissenau. . . divina miseracione abbas totusque conventus monasterii Augie minoris, ordinis Premonstatensis übertragen das Eigenthumsrecht von Besitzungen zu Wittenhofen (Wittenhouen), welches von Wernerus dictus Gniftinch de Raderai, dem es zustand, Heinrich Räscheli, Bürger zu Mengen (Mængen) unter der Bedingung erworben hatte, dass es, sobald er die Besitzungen veräussere, mit denselben an den Käufer übergehen solle, und nachdem derselbe sie an das Kloster Salem um 9 Pfund Konstanzer Pfennig verkauft hat, das erwähnte Eigenthumsrecht vertragsmässig an das genannte Kloster. Datum in monasterio nostro iamdicto, anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> nonagesimo quarto, XV. kalendas decembris, indictione VII<sup>a</sup>. 891.

Perg. Or. Fremde, wohl Weissenauer Hand. 2 Siegel aus dunkelgrün gefärbtem Wachs an Pergamentstreifen: 1. des Abtes, spitzoval, II B, 50:30 mm, ein stehender Abt mit Buch und Stab. Umschrift: † s. *abbatis. m(ino)ris. avge.* — 2. des Convents, rund, II B, 45 mm, der heil. Petrus und der heil. Paulus, zwei stehende Figuren, Umschrift: † s. *conventus. minoris. avgle.* Auf den Rückseiten je 1 Daumeneindruck. Cod. Sal. II, 249 No. CCXLVI. Vgl. oben No. 756.

1294. Nov. 29. Raderach. Wernherus dictus Gniftinch de Raderai überträgt das Eigenthumsrecht der Güter genannt *der Winterbacher güt* in Urnau (Vrnöwe) nahe dem Flusse Aach (rivum dictum *dū Ahe*), welche Heinrich Ehinger von Markdorf (Martorf) von H. Stier, der sie von dem Aussteller zu Lehen trug, gekauft hatte, nach erfolgter Resignation und auf Bitten des Ehinger, der ihm dafür 25 Schilling Konstanzer Pfennig bezahlte, an das Kloster Salem. Datum et actum apud Raderai anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> nonagesimo quarto, III. kalendas decembris, indictione VIII<sup>a</sup>. 892.

Perg. Or. Salemer Hand. Siegel, befestigt wie an No. 432, abgefallen. Cod. Sal. II, 262 No. CCXXXVIII.

1294. Dez. 20. Esslingen. Cudis, Sohn des Berthold genannt Cudis von Urach, verkauft an das Kloster Salem einen Hof bei Nürtingen, Schürmlinshof genannt, für 61 Pfund Pfennig. 893.

Harum literarum inspectoribus universis Cvdis, quondam Berhtoldi dicti Cudis de Vrach, militis filius, Constantiensis dyocesis, rei noticiam subnotate. Hiis scriptis tamquam in || jure confessus publice recognosco et cunctis facio notorium fidedignis, quod curiam apud Nivrtingen sitam, dictam *Schivrlinshof*, cuius proprietas seu verum dominium ad nobi|lem virum quondam Berhtoldum de Nifen olim pertinuit et nunc ad religiosum monasterium de Salem, Cisterciensis ordinis, predicte Constantiensis dyocesis, dinoscitur pertinere, || cum omnibus eiusdem curie fundis, areis, domibus, horreis, ortis, agris, pratis, pascuis, silvis, plantis, aquis, aquarum usibus, viis, inviis, iuribus, jurisdictionibus et pertinenciis quibuscumque memorato monasterio pro sexaginta libris et una denariorum bonorum hallensis monete michi ab eodem monasterio numerans et etiam assignatis vendidi abso[lvens ve]rborum<sup>1</sup> et gestuum sollempnitatem debitam et consuetam, nichil iuris, facti, cause vel occasionis michi aut aliquibus heredibus meis reservans in vendito prenotato, in quo casu duxi renunciandum exceptioni deceptionis ultra dimidiam partem iusti precii, doli, malicie, pacti conventi, actioni in factum et generaliter omni exceptioni seu defensionem, quibus mediantibus de jure, facto vel consuetudine in iudicio vel extra iudicium quicquam posset incontrarium attemptari. Ut autem huic instrumento plena fides debeat adhiberi, placuit idem instrumentum sigillis populorum de Ezzelingen ac de Rutelingen et meo proprio communiri, nec non per viri discreti . . dicti Schivrlin et eius uxoris de Rutelingen, a quibus comparavi eandem curiam roborari. Ceterum nos predicti coniuges per hanc subscriptionem publice confitemur, quod voluntarie renunciamus omni juri, facto, cause et occasione, que nobis competere poterat in vendito memorato. Placuit etiam omnia prenarrata virorum discretorum: Marquardi capitanei, Rudegeri sculteti dicti Ruprecht, Rudolphi dicti Hasenzagel, Hugonis dicti Nallinger, Ruperti et Cünradi fratrum dictorum Ruprecht, Truhliebi et Friderici dictorum de Hallis fratrum, Alberti dicti Gerter,

<sup>1</sup> Das eingeklammerte stand auf einer Stelle des Or., die durch Mäusefrass zerstört ist.

Berhtoldi dicti Schongowe, juratorum de Ezzelingen, Alberti dicti Bahte, capitanei, Rumpoldi de Grifenstain, sculteti, Ūlrici dicti M̃ynt, Walteri dicti de Haingingen, Walteri dicti Kisterich, . . dicti Livze ac ceterorum juratorum de Rutelingen, fratris Nicolai hospitalarii tituli sancti Johannis et Ludewici dicti Zvtelman testimoniis confirmari. Datum Ezzelingen anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXXXXIIII. XIII. kal. januarii indictione VIII<sup>a</sup>.

Perg. Or. im kgl. württemberg. Staatsarchiv zu Stuttgart. Von den 3 Siegeln hängen 2 an Pergamentstreifen an: 1. der Reichsstadt Esslingen, von Wachs, wie an No. 203. — 2. Siegel der Stadt Reutlingen ist abgegangen. — 3. des Ausstellers, von Wachs, Rundsiegel (I V B 2) im Schilde ein Querbalken. Umschrift: † s.' c̃vdisi. militis. de. vrach.

1294. Dez. 21. Esslingen. Divina permissione . . abbas totusque conventus monasterii Hyrsaugensis, ordinis sancti Benedicti, Spirensis dyocesis, genehmigen, dass Berta, begina de Ezzelingen einen Weingarten am Keselsberg, *Lofels wingart* genannt, mit aller Zugehör, dessen Eigenthumsrecht ihnen zusteht, und den sie mit des Klosters Hirsau Zustimmung von der mit demselben (emphiteotico titulo) belehnten um 20 Pfund guten Hellergeldes von der honesta matrona . . dicta Pullisin de Ezzeligen erkauft hatte, dem Kloster Salem schenke (elemosinarie contulisset seu simpliciter propter deum), behalten sich jedoch, als Zeichen ihres Eigenthumsrechtes (in signum veri dominii) die Entrichtung eines an Martini fälligen Jahreszinses von 1 Pfund Pfeffer (unā libra piperis) vor. Datum Ezzelingen anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XC<sup>o</sup> IIII<sup>o</sup>. XII. kalendas januarii, indictione VIII<sup>a</sup>. 894.

Cod. Sal. III, 309 No. CCLXII.

1294. Dec. 28. Hayingen. Swicker, Berthold und Konrad, Ritter von Gundelfingen, Brüder, (Swicker) genannt Burger und Heinrich, deren Vettern, verzichten auf alle Ansprüche an Besitzungen zu Neufnach, Lehen von Reichenau, zu Gunsten des Klosters Salem. 895.

Universis hanc literam inspecturis Swigerus, Bertoldus, Cūnradius milites de Gundeluingen germani, || . . dictus Burger<sup>1</sup> et Hainricus, fratrueles eorundem, noticiam rei geste. Noverint universi, ad quos || presentes pervenerint, quod nos omnes et singuli possessiones universas sitas in Nūfron, quas Wern||herus, Ūlricus et Adeloldus, cives in Vberlingen, dicti Besserer

<sup>1</sup> Er heisst Swicker (s. unten das 4. Siegel).

a Hainrico quondam milite de Nûfron in feodum tenuerunt, quasque idem Hainricus a nobis in feodum tenuit et possedit, ad petitionem honorandi viri Hermanni clerici dicti de Hornstain reverendo in Christo domino nostro, . . dei gracia . abbat Augie Maioris ac suo monasterio cum omnibus suis appendiciis, agris videlicet cultis et incultis, pratis, pascuis, silvis, virgultis et omnibus aliis tacitis et expressis, dictis possessionibus intus et extra pertinentibus, resignavimus et tenore presencium resignamus<sup>1</sup>. Presertim cum venerabiles in Christo . . abbas et conventus monasterii de Salem, qui possessiones sepedictas cum universis suis attinenciis a predictis civibus dictis Besserer iusto titulo empcionis et ius infeodandi, quod Hainrico quondam de Nûfron predicto competebat in eisdem, a Hermanno clerico de Hornestain memorato, tutore seu curatore Hainrici, filii . . militis sepedicti de Nûfron, suo monasterio pro certa summa peccunie conpararunt, velint ius proprietatis possessionum prefatarum de manu domini nostri abbatis prefati, a quo et nos possessiones easdem in feodum tenuimus, et de manu sui capituli conparare. Renunciamus igitur pro nobis nostrisque heredibus universis omni consuetudini loci et patrie et generaliter omni iuri, tam in genere quam in specie, quod nobis in possessionibus sepedictis et earum attinenciis universis competebat vel competere videbatur, et omnibus, per que predicta nostra resignacio posset inposterum quibuscumque in dubium revocari. In cuius facti evidenciam et robur inconmutabilis firmitatis presens instrumentum sigillis nostris, videlicet Swigeri, Ber(toldi) et C(ûnradi) predictorum et sigillo, quo nos . dictus Burger et H(ainricus) germani utimur, fecimus communiri. Actum apud Hâigingen<sup>2</sup> anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> nonagesimo quarto, V. kalendas januarii, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet honorandis, viris C. rectore ecclesie in Tûwingen, H. rectore ecclesie in Haigingen, Friderico vicario suo, Her(manno) de Hornestain, rectore ecclesie in Blochingen, nobilibus viris Anshelmo de Justingen seniore et Anshelmo filio suo, Swigero et Cûnrado, filiis domini Swigeri de Gundeluingen senioris et H. filio C. de Gundeluingen, ac viris discretis Johanne de Hornestain, Bur(cardo) Senfeli, Oswaldo Bosse et Cûnrado de Enselingen, cive in Rûdelingen, et aliis quam pluribus fidedignis.

<sup>1</sup> Vgl. No. 864. -- <sup>2</sup> Von hier an blassere Tinte.

Perg. Or. Salemer Hand. An Pergamentstreifen 4 Siegel aus Wachs: 1. des Bertold von Gundelfingen wie an No. 843,2. — 2. des Swicker von Gundelfingen wie an No. 843,3. — 3. des Konrad von Gundelfingen wie an No. 600,3. — 4. des Swicker von Gundelfingen (genannt Burger) wie an No. 843,1. Rückseiten: 1 und 2 mit je 2 wagrechten Einschnitten, 3 mit einem schräglaufenden tiefen Einschnitt, 4 mit Daumeneindruck.

1294. o. T. u. Ort. . . divina miseratione abbas totusque conventus monasterii in Wingarten, ordinis sancti Benedicti, Constanciensis dyocesis, gestatten, dass honesta matrona Gertrudis, relicta quondam strennui viri Jacobi de Hermstorf militis, Cünradus, filius suus, ac . . filie eorundem ihren Hof in Reuthe (Rüti), welchen sie gegen einen Jahreszins von 1 Schilling Heller vom Kloster Weingarten inne hatten, mit aller Zugehör an das Kloster Salem vergaben, doch unter der Bedingung, dass der vorgenannte Zins fortan von dem Kloster Salem oder dessen Rechtsnachfolgern auf dem Hofe zu Reuthe an das Kloster Weingarten entrichtet werde. Datum et actum in<sup>1</sup> . . anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> nonagesimo quarto. 896.

Perg. Or. Salemer Hand. An einem Pergamentstreifen das Siegel des Abtes von Weingarten, aus Wachs, spitzoval, 47:39 mm, III A 2a, stehender Abt mit Stab und Buch, Umschrift: † s. hermanni. abbatis. in winegarten. Rückseite: 3 Einschnitte. Das Siegel des Convents ist abgefallen, ein Rest des Pergamentstreifens noch an der Urkunde. Cod. Sal. II, 256 No. CCXXX.

1295. Jan. 4. Frickingen. Graf Hugo von Werdenberg und Heiligenberg, Rudolf von Sulzberg und Burkart von Ramsberg entscheiden einen Streit zwischen dem Kloster Salem und Berthold von Rohrdorf über ein Gut in Wirrenseggel. 897.

Wir der grave Hüge von Werdenberg und von dem Hailigen Berge, Rûdolf von Sulzberg, ain ritter, unde || Burcart von Ramsperg tûgen kunt allen den, die disen brief lesent oder hõrent lesen, daz dû ansprâch unde krieg, den || Berhtolt von Rordorf het gegen dem . . abbet unde gegen der same-nunge von Salemanswiler umbe daz gût ze Wirrinseggel, || daz in gap Cûnrat von Helmesdorf, daz der gelâzen wart Berhtolts-halp an hern Hainrich von Phullendorf, den amman, ainen ritter, unde an mich, Burcart von Ramsperg, unde der herron halp von Salemanswiler an mich, Rûdolf von Sulzberg und an Herman, minen brûder, unde also daz wir grave Hug da vor

<sup>1</sup> Ausstellungsort, Monat und Tag fehlen.

genannt oberman wārint, daz wir alle oder vier oder drie, ob wir alle über aine nit komen mōhtint, ertailtint uf unsern ait unde uf die trūwe, die wir schidelūt gaben uf unsern ait, waz rehtes Bertolt hette nāch siner ansprāch an dem vorge-  
nantem gūt, do kamen wir alle des über aine gelihlich unde ainmūteklich unde tuht uns reht uf ūnsern ait, mōhti der abbet unde dū samenunge von Salemanswiler beredon mit zwain erbāren mannen, die des lehens genōzze wārint oder ūbergenōzze, das daz gūt also herkomen wāre, alse si von alter her vernomen hettint unde von ir vorderon, daz es lehen wāre von Hohenberg der graveschaft unde von graven Albreht, von dem och si ez gevertegot hant fūr ain vriges aigen, daz si dez geniessen soltint, unde daz si Bertolt unbekūnbert an ir gūt solti lân. Wāri aber daz si ez nit beredon mōhtin, so soltin si ime ledig lazzen sin gūt. Dez gaben wir in baiden ainen tag ze Frickingen an dem zinstage vor dem zwelften tage alde darnach in drin wochon, ob si ez des tages nit ge-  
tūn mōhtin. Dar kam der abbet von Salemanswiler, brūder Hainrich, der grōzze keller von Isenin, brūder Albreht, der phistermaister von Salemanswiler, brūder Eberhart von Stec-  
boron unde brūder Dietrich von Nūfron an dez klostern stat von Salemanswiler, unde behūbent da mit dem herrn Hainrich von Ebersperg unde herrn Claus von Helmesdorf, zwain rittern, die daz uf ir ait seiton, unde darumbe sworen<sup>1</sup> ze den hailigon, daz das gūt ze Wirrinsegel unde swas dar zū hōret, also von alter dar komen si, unde daz si ez also von ir vorderon vernomen habent, daz ez lehen wāre von Hohenberg der grave-  
schaft, unde daz ez herre Hainrich von Ebersperg der vorge-  
nant von dem graven Burkart unde von graven Albreht enphie unde mit siner hant lihen bat herrn Burcart sāligem von Helmesdorf. Dez selben iahent uf ir aide an demselben tage herre Swigger von Teggenhusen, herre Burcart von Tobel, herre Cūnrat von Mānlishouen, herre Bertolt von Dankrats-  
wiler, ritte, unde brūder Marquart von Guntzenrūti. Unde won der tag also dar geben wart, ob si daz da berettint, unde wir alle dar nit komen mōhtin, ob unser vier, drie, zwēn, aine dar kōment, swaz vor den berette wurde, daz das stāte belibe, unde wir drie, der grave Hūge, Rūdolf von Sulzberg, unde Burcart<sup>2</sup> von Ramspurg die vorgeanten da warent,

<sup>1</sup> swren Or. — <sup>2</sup> Or. hat Burcat.

unde vor uns reht und redelich behept ist, so ertailen wir uf unsern ait, daz Bertolt von Rordorf der vorgeant enhain reht habe an dem güt ze Wirrinsegel, unde daz darzu höret, won ez die von Salemanswiler behebt hant, als in ertailt wart. Unde ze ainem urkünde dierre dinge so haigen wir disen brief gesigelt mit unsern insigeln. Diz geschach ze Frickingen, do von gottes gebürte warent tusent zwaihundert unde fünf unde nünzig iar an dem vorgeanten zinstage, unde warent dabi die vorgeante lüte, die och daz uf ir ait saiton, daz da vor geschriben ist, unde ander biderbe lüte.

Perg. Or. Fremde Hand. 3 Siegel aus Malta an Pergamentstreifen: 1. des Grafen Hugo von Werdenberg wie an No. 750. — 2. des Rudolf von Sulzberg wie an No. 890. — 3. des Burkart von Ramsberg wie an No. 286. Auf den Rückseiten je ein Daumeneindruck. Cod. Sal. II, 278 No. CCLXVII. Vgl. oben No. 838.

1295. Jan. 22. Konstanz. Bischof Heinrich von Konstanz vidimiert die Bulle Papst Innocenz' III. für Salem d. d. 1209 Sept. 7. (oben No. 74) und gebietet allen Geistlichen seiner Diöcese, den Vorschriften derselben entsprechend das Kloster gegen seine Widersacher zu schirmen. Datum Constantie anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> nonagesimo quinto, XI. kalendas februarii, indictione VIII<sup>a</sup>. 898.

Perg. Or. Hand der bischöflichen Kanzlei von Konstanz. Siegel des Ausstellers, befestigt wie an No. 432, aus Malta, spitzoval, 72:45 mm, III A 2 b, sitzender Bischof auf einem mit 2 Hundeköpfen verzierten Stuhl mit Infel und Stab, die Rechte zum Segen erhoben, unterhalb des Stuhles, ein Zweig. Umschrift: † s. h̄aīr. d(ei gracia e)pl. eccl'ie. constanciensis. Rückseite glatt.

1295. Febr. 17. Konstanz. Magister Cünradus Pfefferhardus, canonicus ecclesie Constanciensis, et Burcardus dictus Vnderschoph junior, civis Constantiensis, verkaufen an Abt Ulrich und den Convent zu Salem ihren Weinberg bei Hagnau (Hagenow), genannt Horlach, den sie von Burkard, dem Schwestersohn des verstorbenen H(einrich), des Domkellers (cellerarii ecclesie Constantiensis) und Canonicus zu Konstanz erkaufte und seither nach Marktrecht (eo iure, qui *marktrecht* vulgariter appellatur) ungetheilt besessen haben, um 56 Pfund Konstanzer Pfennig. Datum et actum Constantie anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXXXX quinto, XIII. kalendas martii, indictione VIII<sup>a</sup>. 899.

Perg. Or. 2 Siegel aus Wachs, befestigt wie an No. 432: 1. des Officials von Konstanz wie an No. 671, Rückseite Daumeneindruck. — 2. des Canonicus Konrad Pfefferhart, spitzoval, oben und unten abgebröckelt, ca. 45:33 mm, III A 1 in Verb. mit II B, im Siegelfelde eine Darstellung der Geburt des Heilandes, darunter unter einem gothischen Bogen, soweit es sich erkennen lässt, ein Brustbild, wohl Porträt des Canonicus. Umschrift: (†) s. *magri. cōnr. c(anonici). ecce. iustancie(n).* Rückseite durch Fingerdruck etwas erhöht. Der Cod. Sal. II, 265 enthält diese Urkunde mit der unrichtigen (durch ein Versehen des Abschreibers, der ein X wegliess, verschuldeten) Jahrzahl 1285. Danach ist das Regest oben unter No. 685 irriger Weise eingereiht. Wegen des Marktrechtes vgl. oben No. 801.

1295. Febr. 21. Salem. Hainricus dictus Græmelich, miles, minister in Pfulwendorf beurkundet, dass er für sich und seine Erben die Zehnten in Waldbeuren (Waltbÿron) und in Altenbeuren (Altenbÿron), welche er, die ersten von den *nobiles viri de Gundolfingen*, die anderen von dem *nobilis vir . . de Druchburg*, zu Lehen trug, nachdem diese ihr Recht an diesen Zehnten an das Kloster Salem verkauft hatten, nunmehr von diesem Kloster zu Lehen trage (*iure enphitheotico*) gegen einen Jahreszins von 2 Schilling Pfennig für jeden Zehnten, den auch seine Erben und etwaige andere Rechtsnachfolger jährlich an Martini entrichten sollen. Datum et actum in Salem anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XCV<sup>o</sup>. IX. kalendas marcii indictione VIII<sup>a</sup>. 900.

Cod. Sal. II, 266 No. CCLIIII. Regest: Ztschr. 3, 481.

1295. März 9. Biberach. Waltherus Dapifer de Warthusen miles übergibt die Mühle zu Birkendorf (Birkidorf, Birkadorf), nachdem der mit derselben von ihm belehnte Cûnradius dictus Vrûg, civis in Biberach (et suorum puerorum fideles portatores et iuris defensores ac heredes) Verzicht auf dieselbe geleistet, und ihr Eigenthumsrecht mit aller Zugehör, *ze wasen oder ze zwie* genannt und aller Nutzniessung (*usufructuum perceptiones*), auch ohne Vorbehalt des Rechtes, welches *chæftin* genannt wird, der Aebtissin und den Nonnen des Klosters in Heggbach (Heggebach), Cisterzienser Ordens, in der Diöcese Konstanz, und verpflichtet sich für sich und seine Erben, keine andere Mühle am Gestade der Riß (in *litore aque Rûssaigie*) von Warthausen bis zur Mühle von Birkendorf zu erbauen, noch jemand von Benützung dieser

Mühle abzuhalten (nec aliquem molendinum Birkidorf suis frugibus querentem impedire), vielmehr überall als Gewähr des Klosters betreffs dieser Schenkung sich zu stellen und auszuführen, was der Convent zu Heggbach hinsichtlich der genannten Mühle bei dem Römischen König oder bei anderen zu thun beschliessen würde (et omnia, que dictus conventus in Heggbach apud dominum meum regem Romanorum de molendino pretaxato facere decreverit vel alios, sine dolo adimplere). Testes huius sunt: Cûnradus Pincerna de Wintersteten, dominus Andreas de Lanquart, dominus Waltherus de Mûngoltingen, dominus Cûnradus de Brihsen, milites, Helwigus de Busteten, Ūlricus de Mûlibrunnen, dictus Schad *us der Lindun*, Ber(htoldus) Kuzenkouen, Hainricus, filius prepositi in Osenhusen, Hainricus dictus Hûpman, Berhtoldus Monetarius, Gretarius, Ber(htoldus) de Tûwingen, Hainricus de Menbrehwilar, Wernzo Panicida, Puggo Panicida, Her(mannus) dictus Hase, Luit(holdus) Vrugō et alii plures fidedigni. Datum et actum Biberach anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXXXX quinto, feria III<sup>a</sup> ante dominicam qua cantatur Letare. 901.

Perg. Or. Fremde Hand. Das Siegel des Ausstellers ist wie an No. 432 befestigt, aus Wachs, sehr undeutlich ausgeprägt, doch sind im Schild die drei leopardierten Löwen zu erkennen. Vgl. die Urkunde No. 561 und die Schlussbemerkung zu derselben.

1295. Apr. 13. Rom, im Lateran. Papst Bonifacius VIII. bestätigt die Privilegien des Klosters Salem. Datum Laterani idibus aprilis, pontificatus nostri anno primo. „Cum a nobis petitur.“ 902.

Derselbe untersagt jedermann, unter dem Vorwande eines Rechtsanspruches, sich an Mönchen, Conversen oder Besitzgegenständen des Klosters Salem zu vergreifen. „Ex parte vestra.“ (Wörtlich wie No. 563.) 903.

Derselbe ermächtigt das Kloster Salem, bewegliche und unbewegliche Güter freier Personen, die in das Kloster eintreten, mit Ausnahme der Lehen, in Besitz zu nehmen. „Devotionis vestre precibus.“ (Wörtlich wie No. 616.) 904.

Drei Perg. Or. jedes mit Bleibulle an roth und gelbem Seidenstrang. Avers die Apostelköpfe, Revers: Bont||fatius||pp. VIII. Links unter dem Buge: Cosmas, rechts auf dem Buge: P. Gen. Auf der Rückseite oben: Phs. P. de Asisio.

1295. Apr. 14. Ueberlingen. Burkard von Tettingen belehnt den Albert von Heudorf und dessen Stiefsohn Luitfried Münzer mit dem Zehnten zu Tüfugen. 905.

Universis Christi fidelibus presentis scripti inspectoribus Burcardus de Tettingin, natus quondam Burcardi de Tettingen, militis Constantiensis dyocesis, noticiam subscrip||torum. Ne ea, que rite et rationabiliter fiunt, per lapsum temporis a memoria humana recedant, scripturarum debent indiciis perducere ad noticiam tam presencium quam futurorum||. Noverint igitur universi presentes et futuri, quod cum ego et Waltherus, Ülricus et Hainricus, mei fratres, gravibus debitorum oneribus pregravati essemus in tan||tum, quod propter cottidianas usurarum excrescentias et graves obsidum et fideiussorum expensas iam velut in exterminio rerum positi videremur, nec ab huiusmodi oneribus sine distractione aliquarum rerum nostrarum possemus aequaliter exonerari, ego prefatus Burcardus, de consensu et voluntate prenominatorum fratrum meorum habitoque consilio amicorum nostrorum; dedi et vendidi in feodum et iure feodi Alberto dicto de Hôdorf et Lûtfrido Monetario, filiastro suo, pro se et eius filiis et nepotibus et omnibus ex eis imperpetuum descendantibus masculis videlicet legitimis decimam meam sitam in Tivingin cum omnibus suis pertinentiis ad habendum, tenendum, possidendum predicto iure et quicquid eisdem prelibato iure deinceps placuerit perpetuo faciendum cum decima prenotata et cum omnibus et singulis suis pertinentiis omnique iure et actione, usu seu requisicione michi in dictis bonis modo aliquo pertinente pro precio triginta marcarum puri et legalis argenti ponderis Constantiensis, quod precium me recognosco ab ipsis emptoribus habuisse et integraliter recepisse, profitens dictum precium ad utilitatem meam et meorum fratrum predictorum esse conversum. Preterea prelibati emptores et eorum filii et nepotes omnesque ex eis, ut predictum est, in perpetuum descendentes necnon ipsorum successores debent prenominatam decimam tenere et habere in feodum et iure feodi a me et meis fratribus prefatis et nostris heredibus seu successoribus, quam eciam decimam cum omnibus suis pertinentiis ego prelibatus Burcardus sepenominatis Alberto et Lûtfrido in feodum et iure feodi concessi et presentibus concedo, adhibitis in premissis pro me omnibus verborum et gestuum sollempnitatibus

debitis et consuetis. Insuper promitto pro me meisque fratribus pretaxatis et meis heredibus sepefatis emptoribus pro se et predictis ab eis descendantibus stipulantibus eis vel suis successoribus litem vel controversiam de predictis rebus venditis seu parte ipsarum ullo tempore non inferre nec inferenti consentire, sed ipsam rem eis a prefatis meis fratribus et ab omni alio homine et universitate in omni loco et quovis iudicio prestare warandiam secundum iuris exigenciam atque formam, et predictam vendicionem et concessionem et omnia et singula supra scripta perpetua, firma et rata habere et tenere et non contrafacere vel venire per me vel alium aliqua causa vel ingenio de iure vel de facto. Preterea renuncio pro me meisque fratribus sepefatis et heredibus exceptioni non dati et non soluti precii et omni alii auxilio michi aut meis heredibus a lege vel canone vel iure non scripto competenti. Ad que omnia et singula observanda me meosque heredes et successores obligo per presentes. In cuius rei testimonium presentem cartam sigilli mei munimine sepefatis emptoribus et suis successoribus patenter trado communitam. Nos quoque Waltherus, Ūlricus et Hainricus, fratres prenominati, profitemur expresse, vendicionem predictam et concessionem, ut premissum est, superius de nostro consensu et beneplacito processisse, promittentes omnia et singula supra vel infrascripta firma et rata habere et tenere et non contrafacere vel venire nec restitutionem aliquam impetrare contra predicta vel aliquod predictorum pretexto minoris etatis vel occasione alterius cuiuslibet. In cuius rei testimonium, quia sigilla propria non habemus, sigillo Burcardi, fratris nostri prelibati, utimur et contenti sumus in hac parte. Acta sunt hec Ūberlingen, anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXXXV<sup>o</sup>. XVIII. kalendas maii<sup>1</sup>, indictione VIII<sup>a</sup>, presentibus Hainrico Monetario, magistro Ūlrico, doctore scolarium in Vberlingen, Cûnrado in Fine juniore, Cûnrado Rasore, Egglino, Cûnrado Probissimo, civibus de Vberlingen, Burcardo de Rast, Hainrico dicto Milli, ministro meo, et Bertoldo dicto Brvsse, quos omnes iam dictos videlicet presentes volo et concedo per presentes fore testes, qui vulgariter *ze genozzami* appellantur, condicione seu statu dispare non obstante.

Perg. Or. Fremde Hand. Am Pergamentstreifen das Siegel des Aus-

<sup>1</sup> XVIII. kal. maii mit dunklerer Tinte, aber von derselben Hand.

stellers aus mit Fett vermischem Wachs, dreieckschildförmig, 43:35 mm, IV A 2, der Schild durch 2 Spaltungen und eine Theilung in 6 Plätze zerlegt. Umschrift: † s. byrcardl. de. tetingen. Rückseite 2 Fingereindrücke. Die Urkunde wird in das Salemer Archiv gekommen sein, als das Kloster im Jahre 1491 den Zehnten zu Tüfingen käuflich erwarb.

1295. Apr. 20. Mengen. Ber(tholdus) de Eberharswiller miles verkauft seine Güter und eine Mühle zu Knezenweiler (Knettenwiller), die er von den Grafen Hugo von Werdenberg, Heinrich von Veringen und Eberhard von Nellenburg zu Lehen trägt, an das Kloster Salem, als meistbietend (cum licitatione sollempniter facta . . . maius et utilius precium obtulissent) um 24 Mark Silber, mit Zustimmung der genannten Grafen und des H. de Bvzikouen, der von Seiten seines Vaters Walterus quondam de Bvzikouen, welcher mit denselben belehnt war, einen Rechtsanspruch auf sie zu haben vorgab. Der Aussteller erklärt sich eidlich bereit, mit seinem Sohne Ber(thold) für den Verkauf Gewähr zu leisten (ad prestandum warandiam) und H. de Bvzikouen verzichtet auf alle seine Ansprüche. Actum in Mængen anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XCV<sup>o</sup>. XII. kalendaris maii, indictione VIII<sup>a</sup>, subnotatis testibus presentibus et rogatis, C. decano in Diengen, Eber(hardo) de Rosenöwe, ministro in Mængen, Fr(iderico) dicto Knvscer, militibus, H. de Bartelstain, H. de Bvron, Mangoldo de Hornstain, H. de Swarza, Ber(tholdo) de Landöwe, Ūlrico dicto Dyrner, C. Vesper, Ūlrico Zaeh, Waltero Woppe, civibus in Mængen, fratre C. monacho, medio cellerario et fratre Gerungo, mercatore, converso monasterii de Salem aliisque pluribus fidedignis. H. de Bvzikouen wiederholt seinen Verzicht zum Zweck der Mittheilung an die obengenannten Grafen, apud Diengen subnotatis testibus presentibus et rogatis: C. decano suprascripto, Fr(iderico) dicto Knvscer, milite, Jo(hanne) de Riethusen, M(anegoldo) de Hornstain, Ber(tholdo) de Eberharswiller iunior, Hiltbrando dicto Hagel, Harnido de Bartelstain, magistro H. de Ravenspurg et H. fratre decani predicti. Es siegeln der Aussteller und minister et universitas in Mængen. 906.

Cod. Sal. II, 284 No. CCLXXIII. Vgl. No. 907, 908 und 909.

1295. Apr. 20 Mengen. Hainricus de Bartelstain beurkundet, dass sein Schwiegervater Ber(tholdus) de Eberhardswiller ihm und seiner Ehefrau Hadewigis statt der ihm für die 21 Mark Silber betragende Morgengabe seiner Ehefrau

verpfändeten und nunmehr an das Kloster Salem verkauften Güter zu Knetzenweiler (Knettenwiler) entsprechende Besitzungen zu Günzkofen (Gṽnzikouen) überwiesen habe und verzichtet auf seine und seiner Ehefrau Ansprüche auf erstere. Es siegelt Eber(hardus) de Rosenowe, minister et universitas civium in Mængen. Actum und Zeugen wie in der Urk. No. 906.

Cod. Sal. II, 288 No. CCLXXVII.

907.

1295. Apr. 23. Heiligenberg. Hugo comes de Werdenberg et de Sancto Monte überträgt auf Bitten des Ber(tholdus) de Eberhardswiller miles und des H. de Bṽzikouen die von ihm zu Lehen rührende Mühle und eine Schupose zu Kretzenweiler (Knettenwiller) zu rechtem Eigenthum an das Kloster Salem. Datum et actum apud Sanctum Montem anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XCV<sup>o</sup>. IX. kalendas maii, indictione VIII, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet strennuis viris Marquardo de Schellenberg, milite, C. de Martorf, R. de Ramsperg, H. de Eberhardswiller, Jo(hanne) de Riethusen, Fr(iderico) de Nördelingen, H. dicto Sydin, . . dicto Wachingen, . . dicto Töbelli, Eb(erhardo) de Michelnse, Ūl(rico) Vronzūzun sun, R. dicto Vrōnink aliisque pluribus fidedignis. 908.

Cod. Sal. II, 286 No. CCLXXV. Vgl. No. 906 und 907.

1295. Apr. 24. Stockach. Die gleiche Uebertragung seitens des Eber(hardus) comes de Nellenburch. Actum apud Mængen a. d. M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XCV<sup>o</sup>. XII. kalendas maii, indictione VIII<sup>a</sup>, Zeugen wie in der Urk. No. 906. Datum et actum vero ex parte mei Eber(hardi) de Nellenburg comitis superscripti apud Stokka anno predicto VIII. kalendas maii, indictione predicta, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Bilgrino de Hōdorf, H. de Hohenberg, militibus, Hugone de Hohenberg, Rūdolfo de Hertenstain, Wern(hero) Pannicida, Eber(hardo) de Swaindorf, H. dicto Erweszer, civibus in Stokka, H. de Eberhardswiller, Jo(hanne) de Riethusen, fratre C. sacerdote, monacho et medio cellerario in Salem, aliisque pluribus fidedignis. 909.

Cod. Sal. II, 287 No. CCLXXVI. Regest: Ztschr. 1, 80. Vgl. No. 906–908.

1295. Mai 2. Salem u. Markdorf. Efridus miles de Wiler überträgt, nachdem er von Hainricus dictus Betzeli, civis in

Mængen, 21<sup>1</sup>/<sub>4</sub> Mark Silber empfangen, seine Besitzungen in Krauchenwies (Krûchenwise) mit aller Zugehör in dessen Namen an das Kloster Salem zu rechtem Eigenthum, unter Zustimmung seiner Söhne Efridus et Efridus Mangoldus, Jacobus et Wolfhardus und seiner Töchter Willeburgis<sup>1</sup>, coniux Hermanni militis dicti Schâmliêr et Gûta, coniux Hermanni dicti Löser. Er leistet die üblichen Verzichte und stellt in Betreff der später beizubringenden Zustimmung und Theilnahme an der Gewähr seitens seiner minderjährigen Söhne Maius et Herbst als Eideshelfer und Leistungsbürgen (in Ueberlingen oder Pfullendorf) nachstehende Personen: Hainricus de Schônens-tain, Hermannus Schâmliêr, milites, Cûnradus de Marchdorf, Cûnradus de Teggenhusen, Albertus de Birchperg et Ber(thol-dus) minister de Marchdorf. Actum in Salem et consumatum in Marchdorf anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> nonagesimo quinto, VI. nonas maii, presentibus hiis testibus et ad hoc vocatis, videlicet Eber(hardo) milite de Rosenöwe, ministro in Mængen, Hermannus dicto [Schâmeliêr] prenotato, Hainrico dicto Hûter, Hainrico dicto Stier, Diethalmo de Rlethusen, Hainrico dicto Schûlle, Hainrico, cellerario de Salem, Dietrico de Bermetingen seniore, monachis in Salem, fratre Alberto, magistro hospitum, converso ibidem, aliisque pluribus fidedignis. 910.

Perg. Or. Salemer Hand. An Pergamentstreifen 5 Siegel aus Malta: 1. der Stadt Mengen wie an No. 763. — 2. des Heinrich von Schônens-stein, dreieckschildförmig, 45:35 mm, IV A 2, der Schild getheilt, die obere Hälfte über einem Querbalken geschacht. Umschrift: † s. hainr. de. schonstain. milit. — 3. des Hermann Schamelier, rund, 37 mm, IV A 2, im Dreieckschild 3 (2, 1) Socken (Stiefel?). Umschrift: † s. her. militis. dcl. sbamblier. (e und r contrahiert). — 4. des Konrad von Markdorf wie an No. 841. — 5. des Efrid von Weiler wie an No. 735. Rückseiten 1, 2, 5 gratartig erhöht, 1, 2 mit 4, 5 mit 3 Einschnitten, 3 und 4 mit je 2 Fingereindrücken. Cod. Sal. II, 263 No. CCXL.

1295. Mai 2. Riedlingen. Hainricus de Veringen comes überträgt mit seinem Bruder Eberhardus das Eigenthumsrecht der Güter in Knetzenweiler (Knettenwiller), die von ihrem Vater sel. Mangoldus comes de Nellenburg zu Lehen rührten, (vgl. No. 906) an das Kloster Salem. Datum et actum apud Rûdelingen anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XCV<sup>o</sup>. V. nonas maii, indictione VIII, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet dilecto fratre nostro Manegoldo de Veringen, canonico

<sup>1</sup> An einer andern Stelle heisst sie: Willa.

Curiensi et strennuis viris Petro de Hornstain, H. dicto Bachritter, Ottone de Grûningen, militibus, H. de Grûningen, fratre suo, Bur(cardo) de Jungingen, rectore ecclesie in Inaringen, C. rectore puerorum in Rûdelingen, Waltero dicto Clingeler, ministro, Ludewico dicto Lûpphe, Hartmanno de Enselingen, civibus ibidem, fratre C. medio cellerario et fratre Gerungo mercatore, converso monasterii de Salem, aliisque pluribus fidedignis. 911.

Cod. Sal. II, 288 No. CCLXXVIII. Regest: Ztschr. 1, 80. 3, 246.

1295. Mai 21. Hayingen. Nov. 13. Königsegg. Swiggerus, C(ûnradus) et Bertoldus de Gundolvingen, Swiggerus dictus Burger de Gundolvingen et H(ainricus), frater suus übertragen an das Kloster Salem auf Bitten des Ūlricus miles de Kûnisegge die grossen und kleinen Zehnten in Wangen, welche dieser von ihnen zu Lehen trug und verpflichten sich, hiefür Gewähr zu leisten. Datum et actum in Haigingen anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> nonagesimo quinto, XII. kalendas junii, indictione VIII. Actum vero ex parte mei, Cûnradi supradicti per H(ainricum), filium meum, quem ad hoc specialiter destinavi, apud Kûnisegge anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XCV<sup>o</sup>, idus novembris, indictione IX. subnotatis testibus presentibus et rogatis, Ūl(rico) de Kûnisegge iuniore, Ber(tholdo) de Blumenberch, R. de Irrenberch, C. et H. dictis Isengrin, B. cellerario, C. dicto Witzel aliisque pluribus fidedignis. 912.

Cod. Sal. III, 292 No. CCXL. Regest: Ztschr. 3, 483.

1295. Juli 1. Ostrach. Hainricus dictus Bônritter, Rûdolfus et Hainricus, filii eiusdem, verkaufen an das Kloster Salem ihren Hof in Ostrach neben dem Haus, welches *stainhûs* genannt wird, eine *schôpoze*, auf welcher der Namens Hirte sitzt und alle übrigen Besitzungen, die sie in Ostrach haben, Lehen von dominus Ūlricus de Kûngesegge, Bertholdus et Eberhardus de Vrônhoven, fratrueles eiusdem, durch die Hand des ersteren um 17 1/2 Mark Silber. Sie verpflichten sich dafür zur Gewähr und versprechen ferner, seiner Zeit die Zustimmung des minderjährigen Herrn von Frohnhofen beizubringen, eventuell sich zu Saulgau (Sulgen) oder Pfullendorf (Phvlwendorf) zum Einlager zu stellen. Sie leisten die üblichen Verzichte und bitten, da sie eigene Siegel nicht haben, den magister Waltherus de Scaphusa, officialis curie Constan-

ciensis, die Urkunde zu besiegeln. Huius rei testes sunt: domini Eberhardus plebanus in Vlinswangen, Hainricus, sacerdos, filius Ernesti, ministri de Granhain, Hainricus Schüttertve, Cunradus de Stuben, milites, Rûdolfus et Eggehardus fratres de Ôstrach, Hainricus et Rûdolfus fratres dicti de Swande, Rûdolfus iunior de Swande, Rûdolfus Wehter, Rûdolfus Kessler, frater Gerungus, conversus in Salem, et alii quam plures fide digni. Datum et actum apud Ôstrach anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> nonagesimo quinto, kalendas julii. 913.

Perg. Or. im kgl. Regierungsarchiv zu Sigmaringen. Fremde Hand. Siegel des Konstanzer Officials aus Wachs wie an No. 671, befestigt wie an No. 432. Rückseite ein herzförmiger Eindruck. Cod. Sal. II, 272 No. CCLIX.

1295. Juli 1. Ostrach. Ūlricus miles de Kûngesegge überträgt dem Kloster Salem das Eigenthumsrecht der in der vorhergehenden Urkunde genannten Besitzungen in Ostrach, verzichtet auf dieselben für sich, seine Erben und seine in der vorhergehenden Urkunde genannten Neffen und stellt neben sich selbst noch seinen minister Fridricus, der sich hierzu freiwillig erbotten hat, als Gewähr. Zeugen und Datum wie in der vorhergehenden Urkunde. 914.

Perg. Or. im kgl. Regierungsarchiv zu Sigmaringen. Dieselbe Hand wie in der vorhergehenden Urkunde. Das Siegel des Ausstellers aus Malta wie an No. 724, befestigt wie an No. 432. Rückseite 2 wagrechte Einschnitte. Cod. Sal. II, 270 No. CCLVIII.

Honorabilibus in Christo divina permissione . . abbati et . . conventui monasterii in Salem, ordinis Cysterciensis, Constanciensis dyocesis, Cünradus || Pincerna de Winterstetten, miles, obsequiosam ad desideria voluntatem cum noticia subscriptorum. Ad petitionem honesti viri || Cünradi de Denkingen, civis Constanciensis, possessiones dictas Helwanc et an *Éppenvar*, sitas prope Vberlingen, quas a me dictus || Cünradus de Denkingen et viri discreti Ūlricus et Rüdolfus fratres carnales dicti Angeli, cives Constancienses, necnon Mya, uxor predicti Cünradi de Denkingen, soror dictorum Ūlrici et Rüdolfi antedictorum civium, seu ipsi C(ünradus) de Denkingen, Ūlricus et Rüdolfus nomine dicte Mye in feodum tenuerunt et possederunt, cum silvis, pratis, agris cultis et incultis, viis et in viis et cum suis pertinentiis ac iuribus tam corporalibus quam incorporalibus universis in recompensam decem marcarum argenti ponderis Constanciensis puri et legalis, in quibus eidem C(ünrado) de Denkingen ratione proventuum perceptorum per me de possessionibus ville dicte Witswendi sibi obnoxiiis titulo ypothece exstiti obligatus, michi iure proprietario pertinentes pro me meisque heredibus vobis et vestro monasterio dono, trado, conféro et donasse, tradidisse ac contulisse me cum omni iure proprietario et cum omni dominio ac cum omni iure michi et meis heredibus competenti in premissis possessionibus Helwanc et an *Éppenvar* suisque pertinentiis universis presentibus recognosco et vos ac vestrum monasterium induco in possessionem corporalem possessionum Helwanc et an *Éppenvar* supradictorum cum suis attinentiis universis habendarum per vos ac possidendarum necnon in personas quas-cunque malueritis transferendarum, adhibitis per me in premissis donatione, tradizione et collacione ac inductione in possessionem verborum ac gestuum sollempnitatibus debitis et consuetis. Et in evidenciam ac robur perpetuum singulorum et omnium premissorum hiis litteris sigillum meum presentibus duxi appendendum. Datum Constancie, anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXXXVI<sup>o</sup>, VIII. idus aprilis, indictione VIII<sup>a</sup>.

Perg. Or. Fremde Hand. Siegel des Ausstellers befestigt wie an No. 432, aus Malta, wie an No. 551 (vgl. No. 737). Rückseite: 2 Daumen-eindrücke. Cod. Sal. III, 293 No. CCXLIII.

1296. Apr. 6. Konstanz. Der Official des Hofes zu Konstanz beurkundet, dass die Uebergabe der in der vorausgehenden Urkunde genannten Besitzungen an das Kloster Salem, bezw. den Bruder Burchard *ze Bûrgetor* in seiner Gegenwart erfolgt sei. Dat. wie in der vorausgehenden Urkunde. 946.

Perg. Or. Konstanzer Officialatshand. Siegel des Officials, befestigt wie an No. 432, aus Wachs wie an No. 671. Rückseite tiefe Einkerbung. Cod. Sal. III, 293 No. CCXLII.

1296. Apr. 22. Tamberg. Hierher gehört die unter No. 780 aus dem Cod. Sal. mit dem irrigen Datum 1290 Apr. 16 in Regestenform mitgetheilte Urkunde des Eberhardus de Haeggelnbach. (Perg. Or. Fremde Hand. Am Pergamentstreifen das Siegel des Ausstellers aus Wachs, dreieckschildförmig, oben und unten etwas abgebröckelt, 45:35 mm, IV A 2, im Schild zwei durch Perlstäbe eingefasste Querbalken. Umschrift: † s.' *ebirhard*(i. de.) *hegilnbach*. Rückseite: Fingereindruck.)

1296. Mai 7. Biberach. Waltherus Dapifer de Warthusen, miles, übergibt dem Kloster Salem das Eigenthumsrecht des Hofes in Röhrwangen (Rorwank), auf Bitten des von ihm mit demselben belehnten Heinrich Hüpman, Bürgers zu Biberach. Testes: Dominus Hainricus de Friberch, dominus Waltherus de Mungoltingen, dominus Hainricus de Tanne, milites, Waltherus de Tanne, Hailwigus de Busteten, Ber(tholdus) de Kivnzekouen, Johannes retro Ecclesiam et alii quam plures fidedigni. Dat. et actum in Biberach, anno dom. M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XCVI<sup>o</sup>, feria secunda ante pentecosten. 947.

Cod. Sal. II, 301 No. CCLXXXII. Reg. Ztschr. 3, 248.

1296. Mai 13. Markdorf. Cûnradus de Markdorf verkauft an das Kloster Salem um 13 Mark Silber seine Besitzungen in Wittenhoven, welche sein Ammann (minister) Heinrich Rvbezagel von Hermann Schamlier, Ritter, kaufte, er selbst von seinem Herrn, Graf Hugo von Werdenberg und Heiligenberg (de Sancto Monte) zu Lehen trägt, und verspricht zu bewirken, dass dieser innerhalb eines Jahres oder wenn er erst später aus Oesterreich (Austria) zurückkehre, 1 Monat nach seiner Rückkehr das ihm zustehende Eigenthumsrecht an diesen Gütern an das genannte Kloster übertrage. Hiefür werden von ihm als Leistungsbürgen (Einlager in Markdorf) gestellt: Cûnradus clericus de Teggenhûsen,

rector ecclesie in Kluftern, Nicolaus et Cünradus de Hermersdorf, germani, milites, Ber(tholdus) minister. Actum apud Markdorf anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XCVI<sup>o</sup>. III<sup>o</sup> idus maii, presentibus hiis testibus, videlicet Hainrico dicto Schülle, Rüdolfo de Wurzon, fabro, Cünrado dicto Medeling, civibus in Markdorf, fratre Dietrico de Bermetingen seniore, monacho in Salem, aliisque pluribus fidedignis. 448.

Perg. Or. Salemer Hand. An Pergamentstreifen 4 Siegel aus Malta: 1. des Konrad von Markdorf wie an No. 841. — 2. des Nicolaus von Helmsdorf wie an No. 667. — 3. des Swicker von Deggenhausen (für seinen Sohn Konrad) wie an No. 621. und 4. des Konrad von Helmsdorf wie an No. 481. Rückseiten: Daumeneindrücke. Cod. Sal. II, 283 No. CCLXXIII. Reg. Ztschr. 3, 248.

1296. Mai 14. Konstanz. Bischof Heinrich von Konstanz verpfändet dem Kloster Salem die bischöfliche Vogtei zu Tüfingen. 949.

H(ainricus), dei gracia Constanciensis episcopus, viris religiosus et in Christo karissimis . . abbati et conventui monasterii de Salēm salutem et sinceram in domino caritatem. Ad imitationem pie memorie R(üdolfi), quondam nostri antecessoris, qui vobis indulisit, utilitate ecclesie nostre Constanciensis considerata, quod advocaciam nostram in Tiuingen bone memorie Alberto, quondam ministro de Vberlingen, milite, pro decem marcis argenti Constanciensis ponderis obligatam in comodum villanorum ibidem absolveretis, data eidem militi pecunia prenotata, et pro elemosina reciperetis fructus eiusdem advocacie usque dum vobis dicta pecunia a nostra ecclesia integraliter solveretur, nos, quia a vobis item decem marcas argenti recepimus et in utilitatem ecclesie nostre convertimus, videlicet in expensas edificii nostri, castri de Castello, vobis et vestris posteris similiter indulgemus, ut sub forma predicta prefatam advocaciam pro viginti marcis argenti dicti ponderis teneatis eiusque fructus percipiat in augmentum vestre salutis usque dum vobis predictum argentum a nobis vel nostris successoribus integraliter persolvatur, eandemque vobis titulo pignoris obligamus. In cuius rei testimonium nostro sigillo presentem literam fecimus sigillari. Datum Constancie anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XCVI<sup>o</sup>, II. idus maii.

Perg. Or. Hand der bischöfl. Kanzlei. Am Pergamentstreifen das Siegel des Ausstellers aus mit Fett vermischtem Wachs wie an No. 898. Rückseite glatt. Vgl. No. 647.

1226. Mai 30. Salem. Bonifacius, dei gracia Tynensis episcopus, ertheilt den Besuchern der Klosterkirche zu Salem einen Ablass (quadraginta dies criminalium et annum venalium iniuncte ipsis penitencie in domino relaxamus). Datum in Salem anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XCVI<sup>o</sup>. III kalendas junii. 950.

Perg. Or. Salemer Hand. Am Pergamentstreifen Siegel des Ausstellers aus Wachs, spitzoval, an der (herald.) linken Seite ein grösseres Stück abgebröckelt, III A 2a, stehender Bischof mit Inful und Stab, die Rechte zum Segen erhoben. Umschrift: † . . . . del. grā. tinensis. epī. Rückseite: 3 tiefe Einschnitte.

1296. Juni 24. Kolmar. . . commendator hospitalis sancti Johannis domus in Columbaria beurkundet, dass vor ihm frater Cūnradus de Höhenstege, frater domus nostre predictae, necnon Cūnradus, Hainricus et Wern(herus) in der *Stainmöli* fratres allen Ansprüchen an den Hof des Klosters Salem in Rickertsweiler (Riggerswiler) entsagt haben. Auf ihre Bitte besiegeln die Urkunde scultetus, consules et universitas civitatis Columbariensis sowie der Aussteller. Datum et actum in Columbaria anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XC<sup>o</sup> sexto, in die beati Johannis Baptiste, indictione IX<sup>a</sup> 951.

Perg. Or. Fremde Hand. An Pergamentstreifen 2 Siegel: 1. der Stadt Kolmar, aus Wachs, rund, 60 mm, IV A 1, im Siegelfelde der gekrönte Reichsadler, Umschrift: sigillvm. columbariensis. civitatis. Rückseite: 2 tiefe Daumeneindrücke. — 2. des Johanniterhauses zu Kolmar, aus grüngefärbtem Wachs, spitzoval, ca. 50:35 mm, oben und unten abgebröckelt, IV A 2, im Siegelfeld ein Dreieckschild, in demselben ein Kreuz, über dem Schild als Beizeichen eine Taube. Umschrift: † s. scē. domvs. hospit(al.) ierosol. colymb. Rückseite Daumeneindruck. Cod. Sal. II, 298 No. CCLXXXIX.

1296. Juli 11. Konstanz. Ludewicus dictus Hÿpman, civis in Biberach, theilt auf den Rath seiner Mutter und seiner Verwandten und Freunde mit seinem Bruder Moze, der im Kloster Salem sein Probejahr zubringt (sub regulari habitu apud Salem in anno probacionis domino militanti) alle seine aus der väterlichen Erbschaft herrührenden Güter, Renten und Rechte in- und ausserhalb der Stadt Biberach mit Ausnahme der Lehengüter, die er sich vorbehält und des Hauses in Biberach, das er gegenwärtig bewohnt und so lang seine Mutter lebt ruhig besitzen soll (equa statere lance prout iuris ordo et naturalis confibulacionis ordo requirit), und überweist den auf seinen Bruder fallenden Theil dem Kloster Salem.

Auf Bitten des Klosters wie des Ausstellers besiegelt der Official des Hofes in Konstanz die Urkunde. Datum Constancie anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XCVI<sup>o</sup>. V. ydus julii, indictione nona.

Cod. Sal. II, 281 No. CCLXXI.

952.

1296. Juli 26. Mezingen. Straif und Ernst von Weinberg versprechen dem Kloster Salem zum Ersatz für den ihm zugefügten Schaden ihre Besitzungen in Elchingen nebst dem Patronatsrechte in die Hände der Grafen Konrad von Kirchberg, Otto von Neuhaus, Hartmann von Brandenburg und Konrad von Berneck, von denen sie zu Lehen gingen, aufsagen zu wollen, und treten dem Kloster ihre Besitzungen in Zitzishausen ab.

953.

Universis hanc litteram inspecturis Straifo et Ernestus nobiles de Winberc germani fidem presentibus adhibere. No-verint universi || tam posteri quam presentes, quod, cum nos, nostre salutis inmemores, venerabilibus in Christo . . abbati et conventui monasterii de Salem in || possessionibus eorundem aput Altmanshusen gravia dampna intulissemus et ob hoc ab eisdem gravibus excommunicationis fuissemus sententiis innodati, tandem || reversi ad cor, in restauram eorundem dampnorum omnium pro nobis nostrisque complicitibus, receptis ab eisdem de Salem quatuor urnis vini measure in Ezzelingen, ipsis promisimus et promittimus per presentes, iuramento prestito corporali, quod possessiones in Alchingen universas cum iure patronatus eisdem annexo ac aliis attinentiis et iuribus universis ad manus nobilium virorum, dominorum nostrorum, comitum C(ūnradi) de Kilchperg, Ottonis von dem Nūwenhuse, Hart(manni) de Brandenburg et C(ūnradi) de Bernegge, a quibus easdem possessiones omnes et singulas hactenus in feodum tenuimus, resignabimus et renunciabimus omni iuri pro nobis nostrisque heredibus universis, quod nobis in dictis possessionibus competit seu iure patronatus predicto, ac faciemus omnia, que prefatis de Salem de sepe-dictis possessionibus et earum attinentiis placuerint facienda in expensis eorum, quandocumque et quotiescumque ab ipsis fuerimus requisiti. Damus insuper eis in restauram eorundem dampnorum possessiones sitas in Zützishusen cum<sup>1</sup> iure proprietatis omnes, quas miles dictus Zūtteman de Nūwertingen a nobis in feodum tenuit ibidem. Renunciantes omni iuri, quod nobis in eisdem competiit, pro nobis nostrisque<sup>2</sup> heredi-

<sup>1</sup> cum steht über der Zeile. — <sup>2</sup> que fehlt im Or.

bus universis. In cuius facti evidentiam hanc literam sepedictis de Salem nostris sigillis porreximus communitam. Actum in Metzingen, anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> nonagesimo sexto, VII. kalendas augusti, presentibus hiis testibus, videlicet: Cudis milite de Tettingen, Friderico de Althdorf<sup>1</sup>, Ludewico Züttelman, dicto Landôse, fratre D(ietrico) de Bermetingen, monacho, fratre Ber(toldo), provisoro de Esselingen, aliisque pluribus fidedignis.

Perg. Or. im kgl. Reichsarchiv in München. Fremde Hand. Die Siegel der Aussteller aus Malta, an Pergamentstreifen anhängend wie an No. 884 (1 mit 3, 2 mit 2 kleinen Einkerbungen). Cod. Sal. II, 297 No. CCLXXXVII. Druck nach dem Or. Ulmer Urkb. I, 229 No. 1903. Regest: Ztschr. f. Baiern 1817 S. 150. Ztschr. 3, 353.

1296. Nov. 13. Konstanz. Der Decan Rudolf und das Domcapitel zu Konstanz überlassen mit Genehmigung des Bischofs Heinrich dem Kloster Salem den ihnen eigenthümlich zustehenden Weinzehnten zu Markdorf, welchen das Kloster von Albert von Klingenberg erkauf hat.

954.

Omnibus presentes literas inspecturis Rûdolfus, decanus, totumque capitulum ecclesie Constantiensis notitiam subscriptorum. Cum viri religiosi . . abbas et conventus monasterii de Salem, ordinis Cysterciensis, Constantiensis dyocesis, decimam vini in Markdorf, || quam ibidem habuerunt Hugo de Werdenberg comes, Ūlricus et Marquardus de Schellenberg fratres pro parte ipsos contingente, quamque pro parte alia ibidem habet Cûnradus de Markdorf a nobis pro censu annuo de ipsa || nobis in perpetuum annis singulis persolvendo, retenta nobis quarta parte decime predictae et deducta de ipsa, que nobis singulis annis tempore vindemiarum in perpetuum competit, in eadem decima, quam dicti comes Hugo et de || . . Schellenberg fratres ibidem habuerunt et quam adhuc ibidem habet Cûnradus de Markdorf, a strenuo viro Alberto de Klingenberg milite, in quem a prefatis Hugone de Werdenberg comite, Ūlrico et Marquardo de Schellenberg fratribus pro parte ipsis in eadem decima competente translata extitit titulo emptionis, datis eidem centum marcis argenti puri et legalis ponderis Constantiensis, compararint, idemque Albertus de Klingenberg miles decimam eandem pro parte sibi in eadem competente nobis eo, quod ipsam pro censu annuo dimidie libre

<sup>1</sup> Könnte auch Alchdorf heissen.

cere, nostre camere in festo beati Martini annis singulis in perpetuum presentande de ipsa in signum domini competentis nobis in eadem, ipsam pro parte sibi competente in eadem publice ac sollempniter resignarit, nos, ad petitionem dicti Alberti de Klingenberg militis, memoratis . . abbati et conventui decimam eandem, reservata nobis quarta parte in eadem specialiter et retenta, que nobis in ipsa singulis annis in perpetuum vindemiarum tempore competere dinoscitur, ut est premissum, pro parte eidem . . militi in ipsa competente concedimus pro annuo censu, videlicet dimidia libra cere, nobis de ipsa nostreque camere annis singulis in festo beati Martini in perpetuum a dictis . . abbate et conventu dande et presentande in signum domini directi, quod nobis in decima prefata competit, quodque nobis in eadem in perpetuum reservamus habendam et suis usibus applicandam, hoc adiecto, ut oblatione ipsius decime, si eosdem . . abbatem et conventum ad venditionem ipsius continget procedere, nobis primitus facta, si tantum pro ipsa eisdem dare volumus, quantum ab aliis venditionis titulo possunt consequi, sine dolo et fraude possint ipsam quibuscumque religiosis et secularibus licite vendere sub honore census predicti, qui a nobis investituram tenentur recipere seu concessionem decime antedictę, et si sine dolo et fraude venditionis tempore a nobis possunt tantum consequi in pretio ipsius decime, quantum ipsis ab aliis offertur et tunc ante omnia nobis eandem tenentur pre cunctis aliis vendere cum effectu, si ad ipsius procedere voluerint venditionem, alioquin quoscumque alios religiosos vel seculares tenemur sub forma predicta de ipsa decima pro parte memoratis . . abbati et conventui in ipsa competente sine contradictionis obice investire. Dantes in evidentiam premissorum has literas sigilli nostri robore communitas. Ego Albertus de Klingenberg miles recognosco scriptis presentibus, me supradictis . . abbati et conventui monasterii de Salem vendidisse decimam memoratam cum onere dicti census pro parte antedicta, receptis ab eisdem centum marcis argenti puri et legalis ponderis Constantiensis et in mei utilitatem conversis, prout scriptis presentibus recognosco et me meosque heredes, quicumque pro tempore fuerint, obligo scriptis presentibus per stipulationem sollempnem, prelibatis . . abbati et conventui ipsorumque successoribus in perpetuum ad plenam warandiam ipsius decime

et ad subeundum pro eadem per me meosque heredes in quocumque iudicio ecclesiastico et seculari et coram quocumque iudice, in quantum de iure faciendum fuerit, omne dampnorum, expensarum, interesse et laborum onus omneque periculum evictionis, appendens in evidentiam et firmitatem incommutabilem premissorum hiis litteris sigillum meum. Nos Hainricus, dei gratia Constantiensis episcopus, premissis omnibus et singulis consensum nostrum expressum et auctoritatem ordinariam impertimur ipsaque approbamus eadem auctoritate et presentis scripti patrocinio communimus, appendi fatientes in evidentiam huius facti presentibus sigillum nostrum. Datum Constantie anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XC<sup>o</sup> sexto, idus novembris, indictione X<sup>a</sup>.

Perg. Or. Konstanzer Hand. 3 Siegel aus mit Fett vermischem Wachs: 1. des Bischofs Heinrich, 2. des Domcapitels, bekannt, 3. des Albert von Klingenberg, rund, 42 mm, IV A 2, im eingegitterten Siegel-felde der Dreieckschild, getheilt, der obere kleinere Theil mit ganz kleinen, der untere mit grösseren Gittern, in deren Mitte sich Punkte befinden, eingegittert. Umschrift: † s. alberti. militis. de. clingenberc. Rück-seiten glatt. Cod. Sal. II, 294 No. CCLXXXIII. Vgl. No. 921 u. 931.

1296. Nov. 24. Konstanz. Der Official des Hofes zu Konstanz beurkundet, dass vor ihm Burchardus dictus de Spritach, filius quondam bone memorie Burchardi de Spritach, nachdem er von dem Kloster Salem 5 Mark Silber zur Lösung seines Rechtes auf die lebenslängliche Nutzniessung der von seinem Vater dem Kloster geschenkten Besitzungen in Spritach, erhalten, auf die Zahlung der noch weiter stipulirten 5 Mark sowie auf jeden Anspruch an diese Güter zu seinem und seines Vaters Seelenheil verzichtet habe. Datum et actum Constancie anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> nonagesimo sexto, VIII kalendas decembris, indictione X<sup>a</sup>. 955.

Perg. Or. Siegel des Officials bekannt, aus Wachs, befestigt wie an No. 432. Cod. Sal. II, 293 No. CCLXXXI.

1296. Nov. 26. Salem. Wernherus de Raderai cognomine Gniftingus überlässt dem Kloster Salem das Eigenthumsrecht einer Hofstatt (area) mit anstossendem Garten in Wittenhouen, welche Cûnradus et Bertoldus dicti de Bivrron, cives in Martorf, von ihm zu Lehen trugen und an das genannte Kloster verkauft hatten. Actum in Salem anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XCVI<sup>o</sup>, in die sancti Cûnradi episcopi et confessoris, indictione X<sup>a</sup>, presentibus hiis testibus et rogatis, videlicet

domino Ūl(rico), viceplebano in Rvdelingen, Eber(hardo) dicto de Rode, Ūl(rico) dicto de Blattun, H. dicto Swende, H. dicto Bõmerli, H. dicto Wõscher, fratre H. dicto de Scafusa, monacho in Salem, fratre Alberto, magistro hospitum, fratre Her(manno) de Rõtenberg, fratre Friderico de Zwirggenberg, conversis ibidem, aliisque pluribus fidedignis. Datum anno supradicto. 956.

Perg. Or. Salemer Hand. Am Pergamentstreifen Siegel des Ausstellers aus Malta, rund, 50 mm, IV A 2, in dem mit Blattarabesken verzierten Siegelfeld der Dreieckschild mit dem 6speichigen Rad. Umschrift: † **sigillvm. wernheri. de. radral.** Rückseite ein tiefer Daumeneindruck zwischen 2 wagrechten Einschnitten. Cod. Sal. II, 292 No. CCLXXX.

1296. Nov. 27. Pfullendorf. H(ainricus) minister et consules civitatis in Phullendorf beurkunden den Verzicht des Burchardus dictus de Spritach (s. oben No. 955). Datum et actum in Phullendorf, presentibus videlicet Cûnrado dicto Gremlich, Alberto dicto Gvder, Rûdolfo dicto Gremlich, Burchardo dicto Schõnherre, Hainrico dicto Sengeller et Wernhero dicto Diemo aliisque quampluribus fidedignis, anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XC<sup>o</sup> sexto, quinto kalendas decembris, indictione X<sup>a</sup>. 957.

Perg. Or. Salemer Hand. Am Pergamentstreifen Siegel der Stadt Pfullendorf aus Malta wie an No. 463. Rückseite: 2 wagrechte Einkerbungen.

1296. Nov. 29. Saulgau. Rûdolfus de Stritperch übergibt dem Kloster Salem um 35 Schilling Konstanzer Pfennig seinen Eigenmann, Hermannum molitorem, filium Cûnradi molitoris de Crægenrtet zu Eigenthum. Actum apud Sulgen anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> nonagesimo sexto, III. kalendas decembris, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Ber(tholdo) ministro in Sulgen, Ber(tholdo) dicto Dieme, . . dicto Nûber, Ber(tholdo) Stûbeli, Ber(tholdo) Bolsterer, Eber(hardo) et Cûnrado fratribus dictis Bolsterer, fratre Gerungo mercatore in Salem aliisque pluribus fidedignis. 958.

Perg. Or. Salemer Hand. Das Siegel des Ausstellers befestigt wie an No. 432, aus Wachs, dreieckschildförmig, 40:32 mm, IV A 2, im Schild eine nach rechts gekehrte Pfeilspitze. Umschrift: † **s. rvdolf. de. stritperc.** Rückseite gratartig erhöht mit 2 schräglaufenden Einschnitten.

1296. Dec. 1. Markdorf. Swiggerus nobilis de Teggenhvsen übergibt das Eigenthumsrecht der von ihm zu Lehen

rührenden Güter bei dem Dorf Lellwangen (Lélwanch), welche sein Eigenmann Hartmannus dictus de Marchdorf um 2 Pfund und 5 Schill. an Siggo dictus de Vrnöwe verkauft hatte, nämlich eine Wiese genannt *Niderwise zem Nusseböme*, auf dieser beiden Bitten dem Kloster Salem. Testes: Hainricus, filius Jacobi de Marchdorf, Rüdolfus Faber de Marchdorf, Cünradus Faber ibidem, Cünradus dictus Sengwin, frater Wernherus et frater eiusdem Hainricus dicti Limpach. Datum apud Marchdorf anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XC<sup>o</sup> sexto, in crastino sancti Andree apostoli. 959.

Perg. Or. Salemer Hand. Siegel des Ausstellers aus Malta, wie an No. 621, befestigt wie an No. 432, Rückseite 2 wagrechte Einschnitte. Cod. Sal. II, 376 No. CCCLXXIII.

1296. Dez. 3. Basel. Der Official des Hofes zu Basel beurkundet, daß sub anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> nonagesimo sexto, feria secunda ante festum beati Nicolai episcopi, hore prime, vor ihm Conradus dictus Riser de Wintersulgen, Constanciensis dyocesis, et Hainricus dictus *hern Herwigis*, filius eiusdem Conradi, bekannten, dem Kloster Salem näher beschriebene Güter im Bann von Wintersulgen um 4 Pfund weniger 4 Schill. Konstanzer Pfennig verkauft zu haben, und dass dieselben auf alle Ansprüche an diese Güter in die Hand des Bruders Wernher, Conversen des Klosters Lützel (Luzzelah), genannt von Attenswilr, verzichteten. Datum Basilee anno et die predictis. 960.

Perg. Or. Baseler Officialats-Hand. Siegel des Hofes zu Basel, befestigt wie an No. 432, aus grün gefärbtem Wachs, rund, 28 mm, II B, der Kopf eines Bischofs über den Spitzen zweier gekreuzten Bischofsstäbe. Umschrift: s. *curie basiliensis*. Rückseite: Fingereindruck. Cod. Sal. IV, 322 No. CCCXXXVII.

1296. Dez. 12. Esslingen. Hainricus dictus Hainzeli, quondam Fr(iderici) de Aichertingen, militis filius, Constanciensis dyocesis, verkauft an das Kloster Salem mansum in loco dicto *zu der Aiche*, dictum *Hainzelinz hube*, nebst aller Zugehör um 30 Pfund und 30 Schilling guter Hellerpfennige, mit Zustimmung seiner Lehensherrs, virorum nobilium Strai-  
fonis et Ernesti fratrum de Stoffeln dictorum de Winberg. Ut autem presens instrumentum inde confectum autenticum reputetur, idem instrumentum obtinui sigillis prefatorum nobilium communiri et strennuorum virorum Cudisi militis, Lude-

wici dicti Zvtelman, Marquardi de Aichertingen, C. dicti Lovseli ac virorum discretorum Marquardi capitanei, Fr(iderici) sculteti dicti de Hallis, Hugonis dicti Nallinger, R(udolfi) dicti Hasinzagel, C. et Ruperti fratrum dictorum Rupreht, Truhliebi de Hallis, Alberti dicti Greter et Ber(tholdi) dicti de Schongowe, juratorum de Ezzelingen, testimoniis roborari. Datum Ezzelingen anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XCVI<sup>o</sup>, pridie idus decembris, indictione X<sup>a</sup>. 961.

Cod. Sal. III, 315 No. CCLXX. Reg. Ztschr. 3, 249 u. 353.

1296. Dez. 21. Wartenstein. Otto comes de Wartenstein übergibt dem Kloster Salem mit Zustimmung seiner Brüder Hartmannus et Götfridus das Eigenthumsrecht des Zehnten zu Röhrwangen (Rôrwank), welchen strenuus vir, dominus C(unradus) Pincerna de Wintersteten von ihm zu Lehen trug und ihm resignierte, für 3 Pfund Hellerpfennige. Actum apud Wartenstein anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XCVI<sup>o</sup>, XII. kalendas januarii, subnotatis testibus presentibus et rogatis videlicet Ül(rico) de Egelingen, O(ttone) filio suo, Alberto dicto Razzenkouer, C. fratre suo, H. dicto Nahtlaibe, Ber(tholdo) dicto Schvzze, fratre H. dicto Gehvrne, fratre C., medio cellerario, fratre H. de Ahe, converso monasterii de Salem, aliisque pluribus fidedignis. 962.

Cod. Sal. II, 302 No. CCLXXXIII.

1296. Dez. 31. Aach. Burchardus de Hôvdorf übergibt den grossen und kleinen Zehnten von den Wiesen, genannt *Swinggrûbe* und dem anstossenden Walde, ferner von zwei Wiesen in Alkouen um 2 Pfund Konstanzer Pfennige an das Kloster Salem. Als Gewähren (warandum) stellt er ausser sich noch den Lûtfriidus de Rôrdorf miles, advocatus in Âhe. Datum et actum apud Ahe, anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XC<sup>o</sup> sexto, in die beati Silvestri pape, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Johanne dicto Ratgebe, Rûdolfo de Ehingen, Cûnrado de Vberlingen, civibus in Ahe, et fratre Berhtoldo, magistro in Raithaselahe, aliisque quampluribus fidedignis. 963.

963.

Perg. Or. Salemer Hand. Am Pergamentstreifen 2 Siegel aus Malta: 1. des Lûtfried von Rohrdorf, rund, 40 mm, IV A 2, der Dreieckschild getheilt, die linke und die obere Hälfte der rechten Schildseite eingegittert, mit Punkten in den Gittern, die 3 Schildecken durch Linien abgeschnitten.

Umschrift: † s. *Ivfridi militis de rordorf*. — 2. des Burkard von Heudorf, verkehrt anhängend, wie an No. 736. Die Rückseiten erhöht mit je 3 Einschnitten. Cod. Sal. II, 264 No. CCXLI. Reg. Ztschr. 3, 488.

1297. Jan. 29. Ahausen. Gûta, divina permissione abbatissa monasterii Lindaugiensis, verleiht auf Bitten des alten Zarther den bisher von ihm zu Lehen getragenen Wingert in Mittelstenweiler (Metemoswiler) dessen Söhnen H., C., Berthold und Ulrich um den gleichen auf Martini fälligen Jahreszins von  $\frac{1}{2}$  Pfund Wachs, mit dem Vorbehalt, dass der Wingert an das Kloster zurückfallen soll, wenn der Zins während dreier Jahre nicht entrichtet werde. Testes: Dominus H. Pincerna, dominus Al., frater suus, dominus C., ecclesiasticus Lindaugiensis, Berhtoldus, scriba suus, H. dictus Moseherre, minister Pincerne, junior Wiman, H. Megirî, Ūlricus Paurer, H. et Johannes fratres dicti Straser et quam plures alii fidei digni. Dat. et actum apud Ahusen, an. dom. M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXXXVII<sup>o</sup>, IIII. kalendas februarii, indictione IX<sup>a</sup>. 964.

Perg. Or. Fremde Hand. Siegel der Aebtissin aus Wachs, wie an No. 726 befestigt wie an No. 432. Daumeneindruck. Der Wingert und damit wohl auch vorliegende Urkunde kamen im Jahre 1303 an Salem.

1297. März 14. Schatthbuch. Swiggerus nobilis de Tegenhusen dictus *Svnnencalp* übergibt die Besitzungen in Lellwangen (Lélewank), genannt *hern Alacrus gût* und Rudolfs von Creienrieth, welche Hainrich und Gunthelm, Gebrüder, genannt Gunthaln, seine Diener (servi), von ihm zu Lehen trugen, ihm aber resignierten, nachdem sie dafür von dem Kloster Salem 17 Pfund erhalten hatten, an dieses Kloster als freies Eigen. Actum in Schattebüch anno dom. M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XC<sup>o</sup> septimo, pridie idus marcii, presentibus subnotatis testibus, videlicet Nicolao de Bvnkoven, Jacobo de Bermetingen, Rûdolfo dicto Zimbelich, Cûnrado dicto Schertewegge, Hainrico dicto Ehinger de Margdorf et Eberhardo notario aliisque pluribus fidedignis. 965.

Perg. Or. Salemer Hand. Am Pergamentstreifen das Siegel des Ausstellers wie an No. 621, aus Malta, leichter Daumeneindruck. Cod. Sal. II, 299 No. CCXC.

1297. März 21. Salem. C(unradus), prepositus ecclesie Constanciensis, überträgt die Behütung eines der Propstei gehörigen Waldes bei Bachhaupten (Bachhopten), genannt *sant*

*Gerien gerute*, dem magister grangie daselbst gegen den Genuss von  $\frac{1}{3}$  des dem Wald entfallenden Nutzens. Datum in Salem, anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XCVII<sup>o</sup>, XII. kal. aprilis, indictione X<sup>a</sup>.

966.

Perg. Or. im kgl. Regierungsarchiv in Sigmaringen. Salemer Hand. Siegel des Ausstellers aus Wachs wie an No. 883, befestigt wie an No. 432. Daumeneindruck.

1297. März 27. Pfullendorf. Hainricus minister et . . consules civitatis in Phullendorf beurkunden, dass Hermannus dictus Brændeli, Mæthildis, Adilhaidis et Ât, sorores ipsius, concives nostri, Besitzungen in Ostrach, genannt *Brændelinsgût* um 9 Pfund Konstanzer Pfennige an das Kloster Salem verkauft haben. Actum apud Phullendorf, anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> nonagesimo septimo, VI. kalendas aprilis.

967.

Perg. Or. im kgl. Regierungsarchiv in Sigmaringen. Fremde Hand. Am Pergamentstreifen das Siegel der Stadt Pfullendorf aus Wachs, wie an No. 463. Cod. Sal. IV, 5 No. IIII.

1297. Apr. 2. Saulgau. . . minister et consules civitatis in Sulgen beurkunden, dass Hainricus dictus Adelhaln de Wolferswiler gegenüber dem Kloster Salem auf seine Anrechte an den Wald *in der Schnaite* nahe bei einer Wiese in Bachhaupten (Bahöpten), genannt *der Brûle* verzichtet habe, wogegen das Kloster sich verpflichtet, ihm und seinen beiden Söhnen jährlich 4 Karren Brenn- oder Bauholz (quattuor karatas lignorum cremabilium vel ad edificia aptorum) zu liefern. Actum et datum apud Sulgen, anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> nonagesimo septimo, IIII nonas aprilis.

968.

Perg. Or. Fremde Hand. Siegel der Stadt Saulgau aus Wachs, befestigt wie an No. 432, dreieckschildförmig, 50:42 mm, IV A 2, im Schild ein rechts an einer Säule aufsteigender Löwe. Umschrift: † s.' **universitatis. c(i)vium. de. svlgen.** Rückseite 2 Einschnitte. Cod. Sal. II, 301 No. CCLXXXIII.

1297. Apr. 27. Feldbach. Eberhardus Pincerna de Salustain übergibt dem Kloster Salem durch die Hand des Bischofs Heinrich von Konstanz, qui nunc Maioris Augie gubernator existit, den von diesem Kloster zu Lehen rührenden Wald *in Brûl* bei Hirschlanden (Hirzlanden), welchen Konrad Orsinger, Bürger in Villingen, von den Albertus, Johannes et Burcardus, germanis, filiis quondam Hainrici de Orsingen, diese aber

von ihm zu Lehen trugen und dem genannten Kloster um 3 Pfund Konstanzer Pfennige vergabt hatten, zu freiem Eigen. Datum et actum in Velpach, anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XCVII<sup>o</sup>, V. kalendas maii, indictione X<sup>a</sup>, presentibus testibus subnotatis, videlicet honorando viro domino Diethalmo, rectore ecclesie in Vlma, Alberto de Marpach, Cûnrado de Salustain, militibus et fratre Eberhardo, dicto de Stekboron seniore, monacho in Salem aliisque pluribus fidedignis. Hainricus, dei gracia Constanciensis episcopus et gubernator Maioris Augie, übergibt den genannten Wald an das Kloster Salem als weitere Abschlagsleistung für das früher an Reichenau abgetretene Haus in Ulm.<sup>1</sup> Datum ut supra. 969.

Perg. Or. Salemer Hand. An Pergamentstreifen 2 Siegel aus Malta: 1. des Bischofs Heinrich, bekannt, — 2. des Schenken Eberhard von Salenstein, rund, 42 mm, IV A 2, das Siegelfeld eingegittert, im Dreieckschild, der gespalten ist, die rechte Hälfte schraffirt, schwebend ein aus 10 Kuppen bestehender Berg in pyramidalen Form. Umschrift: † s. eb'hardi. pic'ne. de. salvstain. Rückseite von 1 glatt, von 2 mit 3 Einschnitten. Cod. Sal. II, 303 No. CCLXXXV. Reg. Ztschr. 3, 249.

1297. Mai 12. . . divina miscracione . . abbatissa monasterii Lindaugensis ertheilt ihre Zustimmung dazu, dass des Klosters Eigenmann Heinrich Sträzer zwei Jauchert Acker bei Wænhusen, genannt *an Bremgarten*, die ihm eigenthümlich zugehören — ab una parte agris . . fabri de Buggensedel, ab altera parte agris pauperum hospitalis in Constancia contigua — um 3 Pfund und 14 Schilling Konstanzer Pfennige verkaufe. Hierzu gibt ferner Hainricus Pincerna de Vttendorf, miles, als advocatus des Sträzer, seine Einwilligung. Actum anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> nonagesimo septimo, IIII<sup>o</sup> idus maii, indictione X<sup>a</sup>. 970.

Perg. Or. Salemer Hand. 2 Siegel aus Malta, befestigt wie an No. 432: 1. der Aebtissin Guta von Lindau wie an No. 726. Rückseite 2 tiefe schräglauende Einkerbungen. — 2. des Schenken Heinrich von Ittendorf, rund, 40 mm, IV A 2, das Siegelfeld mit Arabesken verziert, im Dreieckschild ein Doppelhaken. Umschrift: † si. herici: pic'herna: de. smallec (sic!) Rückseite glatt. Cod. Sal. II, 306 No. CCLXXXVIII.

1297. Mai 29. Ittendorf. Hainricus dictus Møseli, minister strenui viri Hainrici Pincerne de Vttendorf, militis, erklärt, dass ein Streit zwischen ihm und dem Kloster Salem

<sup>1</sup> Vgl. Urk. No. 511.

über eine Wiese im *Ysenbüchel* in der Weise geschlichtet wurde, dass das Kloster ihm für seinen Antheil 1 Pfund Konstanzer Pfennige bezahlt, wogegen er auf alle Ansprüche an dieses Grundstück verzichtet. Acta sunt hec in villa Nûfron in domo Cûnradi, villici ibidem, presentibus fratre Dietrico de Bermetingen seniore, monacho in Salem, fratre Alberto de Bechi, converso ibidem, et dicto Strasser de Ahusen aliisque pluribus, anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XCVII<sup>o</sup>, datum vero in Vtendorf anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XCVII<sup>o</sup>, quarto kalendas junii. 971.

Perg. Or. Salemer Hand. Am Pergamentstreifen das Siegel des Schenken Heinrich von Ittendorf aus Malta, wie an No. 970. Rückseite 2 tiefe, wohl von einem Instrument herrührende Einkerbungen. Cod. Sal. IV, 34 No. XLV.

1297. Juni 11. Wettingen. Abt Volker von Wettingen be-  
rurkundet eine abermalige Stiftung des Johannes von Luzern für sein  
Kloster und die festgesetzte Gebühr des Abtes von Salem als *Visitators*  
von Wettingen. 972.

Universis Christi fidelibus presentem literam inspecturis  
frater Volkerus, abbas, totusque conventus monasterii de Wet-  
tingen subscriptorum noticiam|cum salute. Cum sit hominum  
memoria labilis, exposcit utilitas, modernorum gesta fidei li-  
terarum serie ad notitiam transmittere posterorum. Noverint||  
igitur, quos nosce fuerit oportunum, quod vir discretus Jo-  
hannes dictus de Lucerna, amicus noster in domino specialis,  
suavi attactu sancti spiritus exhortatus,||per piarum elemosi-  
narum largitionem anime sue salutem cupiens salubriter ope-  
rari, ad honorem omnipotentis dei et in suorum remissionem  
peccatorum, secum deliberatione prehabita, in valle Vranie sep-  
tem librarum redditus comparavit ab Eglolfo de Bûrgelon a  
villico de Ortzvelden necnon a Burchardo dicto Berwart . .  
et sũo patruo de Schehendal, quos redditus nobis et nostro  
monasterio tali conditione legavit liberę et donavit, ut ipsos  
maior cellerarius domus nostre, qui pro tempore fuerit, sin-  
gulis annis colligat et recipiat per suum laborem et indu-  
striam, in empcionem boni et puri vini alsatici convertendas.  
Quod vinum per eiusdem cellerarii procuracionem ad domum  
nostram deductum debet sine impedimento quolibet ac contra-  
dictionis obice ad nullos alios usus, quam ad missarum sol-  
lempnia pro vino sacrificii ministrari aliquantulum vel expendi.  
Ut autem tam utilis ordinacio et honesta inviolabiliter per-

petuo perseveret, idem Johannes de consilio et mandato venerabilis patris nostri domini Ūlrici de Salem, nostri visitatoris, statuit et ordinavit, ut quocumque anno ipsa ordinacio non fuerit adinpleta, quod absit, tunc in transgressionis penam cellerarius prefatus omni sexta feria sit in pane et aqua, quousque redditus illius anni tantum, videlicet septem libre, bursario domus per dictum cellerarium presentate fuerint domino visitatori de Salem, qui pro tempore fuerit, in primo suo adventu in domum per ipsum hursarium assignande. Quas quidem libras ipse visitator in usus sui monasterii expendere debet et potest, secundum quod sue placuerit voluntati. Nos itaque prelibati abbas et conventus de Wetingen prenotato Johanni super prefata donacione tam laudabili grates et gratias referentes, ad ipsius ordinacionis conservacionem et complecionem presentibus literis sigillis videlicet prenotati domini nostri de Salem et nostri signatis, nos et nostros successores firmiter obligamus. Et ut predictus dominus et pater noster de Salem de observacione premissorum et ministracione aliarum quinque librarum, quas sepedictus Johannes nostro conventui donavit<sup>1</sup>, annuatim in visitacione inquisitionem faciat, a memorato cellerario pro ammonicione sibi, cum visitaverit, debent duo solidi presentari. Datum Wetingen anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXXXX<sup>o</sup> septimo, in die Barnabe apostoli.

Nos memoratus frater Ūlricus, abbas de Salem, in premissorum omnium evidenciam et firmitatem ad petitionem sepedictorum, videlicet abbatis et conventus de Wetingen et Johannis, huic litere nostrum sigillum duximus appendendum.

Perg. Or. Fremde, wohl Wettinger Hand. 2 Siegel, befestigt wie an No. 432, aus Wachs, des Abtes von Salem, bekannt und des Abtes von Wetingen, spitzoval, 45:27 mm, II B, stehender Abt mit Stab und Buch. Umschrift: † s. abbatis. de. maris. stella. Rückseiten glatt.

1297. Juni 12. Löwenthal. Die Priorin und der Convent des Klosters in Löwenthal überlassen ihren Hof in Habertsweiler dem Kloster Salem. 973.

Universis hanc literam inspecturis . . priorissa et conventus monasterii in Lewental, ordinis || fratrum predicatorum, notitiam cum salute. Ut rebus gestis a futuris litigandi caveatur || periculis, expedit ipsas scripturarum et testium amminiculo suffulciri. Noverint igitur universi tam posteri quam

<sup>1</sup> Vgl. die Urk. d. d. 1290 Apr. 9 No. 778.

presentes, quod nos, prehabita deliberatione diligenti, venerabilibus in Christo . . abbati et conventui monasterii in Salem curiam sitam in Habrechtswiler iure nobis proprietatis pertinentem, quam Hainricus dictus Hôwiz et . . uxor sua, nostro monasterio iure proprietatis pertinentes, a nobis, dumtaxat pro vite sue tempore, possidere debebant, de consensu ipsorum voluntario, libero et expresso cum suis pertinentiis ac iuribus universis pro septem marcis cum dimidia puri et legalis argenti, ponderis usualis et quinque solidis denariorum monete Constantiensis, quas nos recepissemus et ad usus necessarios nostri monasterii, videlicet in exonerationem gravium debitorum, que ex ignis voragine incidimus, nos convertisse publice profiteamur, cum omni sollempnitate verborum ac gestuum, que in huiusmodi contractibus adhiberi solet, vendidimus et tradidimus ac in ipsos ipsorumque monasterium transtulimus et transferimus, iure proprietatis quiete et pacifice in perpetuum possidendam. Renuntiantes pro nobis nostroque monasterio ac Hainrico et . . uxore sua prenotatis omni iuri tam in genere quam in specie, quod nobis in prefata curia cum suis attinentiis competeat vel competere videbatur. Et in huius rei evidentiam et robur indubitatum hanc literam predictis de Salem tradidimus, sigillorum religiosi viri . . prioris fratrum predicatorum domus in Constantia ac nostri robore communitam. Ego . . prior supradictus ad petitionem prescriptarum dominarum de Lewental sigillum meum huic apposui instrumento. Actum apud Lewental pridie idus iunii, anno dom. M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XC<sup>o</sup> septimo, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet domino Rûdolfo sacerdote, plebano in Eschöwe, Hainrico incurato in Lûtkeilh, fratre Hainrico de Stadeln et fratre Walthero, conversis in Lôwental, dicto Wanner et fratre Dietrico de Bermetingen, monacho in Salem aliisque pluribus fidedignis.

Perg. Or. Fremde Hand. An Pergamentstreifen 2 Siegel aus Malta, beide spitzoval: 1. des Priors der Prediger zu Konstanz wie an No. 715. — 2. des Convents zu Löwenthal, 48:38 mm, II B, eine Löwin mit 2 Jungen, rohe Arbeit. Umschrift: † s. convent. soror. in. lewental. ord. frm. pred. Die Rückseiten beider Siegel erhöht mit je 3 Einschnitten. Cod. Sal. II, 342 No. CCCXXIII. Reg. Ztschr. 3, 249.

1297. Juli 4. Augsburg. Bischof Wolfhard von Augsburg schenkt die Pfarrkirche in Elchingen an den Tisch des Klosters Salem. 974.

Wolfhardus, dei gratia ecclesie Augustensis episcopus, re-

verendis et deo amabilibus, . . abbati totique conventui de||  
Salem, sinceram in domino caritatem. Conditionem fragili-  
tatis humane ac insufficientie nostre considera||tione intenta  
imperfectum pensantes, ad devotarum orationum suffragia, que  
inter cetera pietatis opera mul||tum prosunt ad divinam gra-  
tiam promerendam, cogimur recurrere, ut, quod per nos non  
possumus, valeamus per alios adimplere. Quapropter tum  
propter cultum divini numinis, tum propter hospitalitatem et  
elemosinas pauperum, que utraque supra multas religiones  
apud vos clarent et precellunt, anime nostre salutis prospicere  
cupientes, de consensu et assensu totius capituli nostri, ne-  
mine penitus discrepante, termino ad hoc secundum consue-  
tudinem nostri capituli constituto, ecclesiam parrochiam in  
villa Elchingen, cuius iuspatronatus vobis conpetit, in proprios  
usus vestros et ad mensam vestram et successorum vestrorum,  
salvis episcopalibus et archidiaconi iuribus salvoque iure vi-  
carii, quam primum vacare ceperit, assignamus, tradimus, con-  
cedimus et donamus. In cuius nostre gratie donationis et  
concessionis fidem et evidentiam presentes nostri et capituli  
sigillorum dedimus munimine roboratas. Datum Auguste,  
anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXXXVII<sup>o</sup>, IIII. nonas julii.

Perg. Or. im kgl. bair. Reichsarchiv in München. Hand der bischöfl.  
Augsburgischen Kanzlei. Von den 2 Siegeln ist das des Bischofs abge-  
fallen. Von dem Siegel des Capitels (wie das erste an Pergamentstreifen  
anhängend) ist noch ein Fragment erhalten (II B), rund, aus Wachs, die  
hl. Jungfrau mit dem Kinde. Cod. Sal. II, 306 No. CCLXXXIX. Druck  
nach dem Cod. Sal. Ulm. Urkb. I, 238 No. 198.

1297. Aug. 19. Banzenreuthe. Ūlricus de Kivngesegge  
verkauft, von Schulden bedrückt, seine Höfe in Banzenreuthe  
(Banzenrivti), welche Eber(hart) Bart baut, mit aller Zugehör  
an das Kloster Salem um 24 Mark Silber. Es siegeln der  
Aussteller und Ber(toldus) minister ac universitas civitatis in  
Sulgen. Actum apud Banzenrivti in strata publica, anno do-  
mini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XCVII<sup>o</sup>. XIII kalendas septembris, indictione IX<sup>a</sup>,  
subnotatis testibus et rogatis, videlicet Cūnrado de Stubun  
milite, Jo(hanne) Dapifero de Waltpurk, C. dicto Moshain,  
R. dicto Wehter, Friderico ministro de Kivngesegge, Ber(toldo)  
dicto Funden, ministro in Sulgen, C. dicto Kroel, H. dicto  
Offenburger, R. de Hittenrivti, Ber(toldo) dicto *der Wiscesuter*,  
Ber(toldo) dicto Bolsterer, C. et Eber(hardo), filiis suis, et

Werhero dicto Stivrzel, civibus in Sulgen, fratre mercatore in Salem aliisque pluribus fidedignis. 975.

Cod. Sal. II, 322 No. CCCIII. Reg. Ztschr. 3, 249.

1297. Sept. 18. Konstanz. Der Official des Hofes zu Konstanz beurkundet, dass der Fischer Bodemer aus Petershausen auf eine näher bezeichnete Fischenz zu Gunsten des Klosters Salem verzichtet habe, von dem Kloster aber sofort wieder mit derselben belehnt worden sei.

976.

. . officialis curie Constantiensis omnibus presencium inspectoribus salutem cum noticia subscriptorum. Con||stitutus coram nobis in figura iudicii Eber(hardus) dictus Bodemer, piscator, una cum uxore et liberis || suis, residentes in Petridomo, recognoverunt, se renunciassse ad manus honorandi domini . . abbatis de || Salem, nomine suo et conventus dicti monasterii stipulantis, cum sollempnitatibus legitimis et consuetis iuri piscandi seu piscarie, quam habebant in Reno retro monasterium et aream predicatorum iuxta civitatem Constantiensem titulo feodi ab hon(orando) in Christo . . abbate et conventu monasterii de Salem predicti pro octava parte ipsius piscarie seu iuris piscandi, quod vulgariter dicitur *traht* et *löff*, a qua quidem piscaria ratione octave partis eiusdem, singulis annis dari consueverunt in epiphania domini mille et ducenti pisces dicti *ganchvische* et tres solidi denariorum nomine census . . abbati et conventui monasterii antedicti, receptis propter hoc quatuordecim libris denariorum monete Constantiensis ab ipso . . abbate, de quibus sibi coram nobis recognoverunt integraliter satisfactum. Post confessionem vero renunciacionis predictae factam legitime coram nobis idem Eber(hardus) de dicto iure piscandi seu piscaria pro parte octave, que supra premittitur, per ipsum . . abbatem, nomine monasterii et conventus predicti, de novo fuit infeodatus iuxta formam premissam, videlicet ut singulis annis in epiphania domini mille et ducentos pisces bonos et ydoneos in eadem piscaria captos et tres solidos denariorum dictis . . abbati et conventui representet, post mortem vero predicti Eber(hardi) idem . . abbas et conventus ad infeodandum predictam uxorem vel aliquem de liberis eiusdem Eber(hardi) de predicta piscaria sive iure piscandi, videlicet *traht* et *löff*, minime sunt astricti, sed extunc piscaria sive ius piscandi totaliter vacat monasterio supradicto. Et in huius rei testimonium sigillum nostrum pre-

sentibus duximus appendendum. Datum Constancie anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XCVII<sup>o</sup>, XIII. kalendas octobris, indictione X.

Perg. Or. Fremde Hand. Siegel abgegangen. Cod. Sal. II, 309 No. CCXCIII.

1297. Oct. 29. Reichenau. Das Kloster Reichenau verkauft das Obereigenthum der von ihm an die Grafen von Kirchberg und Ulrich Rot, Bürger zu Ulm, verliehenen Güter in Elchingen an das Kloster Salem. 977.

Omnibus presentium inspectoribus Ulricus prepositus, Johannes decanus totusque conventus monasterii Augie Maioris, ordinis sancti Benedicti, Constantiensis diocesis, subscriptorum notitiam cum salute. Cum || monasterium nostrum oppressum foret gravibus honeribus debitorum et ab eisdem non posset nisi per alienationem bonorum eiusdem aliquatenus liberari, dominium directum possessionum nostrarum cum ipsarum pertinentiis || universis et specialiter cum iure patronatus eidem annexo sitarum in Ælchingen, quas cum dictis suis pertinentiis et iure patronatus eidem annexo Conradus miles de Blochingen a dictis Straiffen in feodum || habuit et possedit, quasque predicti dicti Straiffen a nobilibus de Kilchberch comitibus in feodum habuerunt et quas cum eisdem pertinentiis et iure patronatus iidem nobiles de Kilchberch comites a nostri monasterii abbatibus et a nostro monasterio in feodum habuerunt, item possessiones et dominium directum earundem sitas ibidem, quas Cûnradus de Ælchingen a dictis Straiffen in feodum habuit et possedit, quas iidem dicti Straiffen a nobilibus de Kilchberch comitibus in feodum habuerunt, quasque iidem nobiles comites a nostri monasterii abbatibus et a nostro monasterio in feodum habuerunt, cum ipsarum pertinentiis universis, item dominium directum possessionum, quas Ūlricus dictus Rote, civis in Ulma, ibidem sitas cum ipsarum pertinentiis universis a nostri monasterii abbatibus et a nostro monasterio habuit in feodum similiter et possedit, venditioni decrevimus exponenda, et cum inter alios ad emptionem domini directi ipsarum possessionum iurisque patronatus eis annexi<sup>1</sup> cum earundem pertinentiis universis necnon domini directi, quod nobis dumtaxat nunc competit in eisdem, procedere volentes venerabiles in Christo abbas et conventus monasterii in Salem nobis maius et utilius pretium obtulissent,

<sup>1</sup> Or. hat annexo.

receptis ab eisdem viginti quinque marcis argenti puri et legalis ponderis Constantiensis, nobis per ipsos traditis et assignatis, in utilitatem evidentem nostri monasterii conversis, prout scriptis presentibus recognoscimus et confitemur, dominium directum possessionum supradictarum, que tantum ad decem hūbas se extendunt, cum iure patronatus eisdem annexo ipsarumque pertinentiis universis in prefatos . . abbatem et conventum ipsorumque monasterium titulo venditionis transtulimus et transferimus per presentes, habendum ab eisdem omni eo iure, quod nobis competit vel competere potuit nostroque monasterio in eodem, et suis usibus, prout voluerint, applicandum, promittentes eisdem . . abbati et conventui per stipulationem sollempnem, fide data nomine iuramenti, nos procuraturos et effecturos ratihabitionem et confirmationem singulorum et omnium predictorum faciendam per . . gubernatorem nostro monasterio auctoritate sedis apostolice deputandum vel . . abbatem, quicumque eadem auctoritate nostro fuerit monasterio deputatus. Et nichilominus pro ratihabitione et confirmatione singulorum et omnium premissorum per nos, ut est premissum, effectualiter procuranda hos, videlicet dominum H. de Fridingen, dominum C. villicum de Lütgeringen, dominum C. de Salunstain et Eberhardum Pincernam<sup>1</sup> de Salunstain, nostri monasterii ministeriales, dictis abbati et conventui deputavimus et dedimus obsides seu fideiussores, qui fide data nomine iuramenti promiserunt, se ad predictorum abbatis et conventus monitionem apud Constantiam sine dolo et fraude, monitione octo dierum premissa, in obstagium presentare, si per nos ratihabitione et confirmatio omnium premissorum, si premittitur, deputato nobis gubernatore vel . . abbate a sede apostolica, cum effectu non fuerit procurata. Et si unus obsidum premissorum medio tempore cesserit vel decesserit, ex tunc alter eque idoneus in locum suum debet per nos infra unius mensis spatium subrogari, alioquin superstites se apud Constantiam iterum sine dolo et fraude, monitione octo dierum, premissa, in obstagium recipient ad dictorum . . abbatis et conventus monitionem, donec id per nos perductum fuerit ad effectum. Et in evidentiam premissorum ipsorumque indubitabilem firmitatem presentibus una cum sigillo episcopali,

<sup>1</sup> Im Or. steht zwischen Eberhardum und Pincernam das durchstrichene Wörtchen de.

quo gerentes vices venerabilis patris ac domini Hainrici, dei gratia Constantiensis episcopi, in absentia constituti utuntur, et cum sigillis predictorum obsidum appendimus sigilla nostra. Nos magister Walterus, scolasticus et C. Phefferhardus, canonicus ecclesie Constantiensis, vicem gerentes venerabilis patris ac domini Hainrici, dei gratia Constantiensis episcopi, in absentia constituti, ad petitionem supradictorum, Ulrici prepositi, Johannis decani totiusque conventus monasterii Augie Maioris et obsidum predictorum, presentibus episcopale sigillum, quo utimur, unâ cum appensione sigillorum eorundem obsidum duximus appendendum. Datum Augie Maiori, anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XCVII<sup>o</sup>, III<sup>o</sup> kal. novembris, indictione XI<sup>a</sup>.

Perg. Or. im kgl. bair. Reichsarchiv in München. Reichenauer Hand. An Pergamentstreifen hängen 8 Siegel aus Wachs: 1. des Bischofs Heinrich III. von Konstanz (bekannt, Rückseite glatt). — 2. des Propstes Ulrich von Reichenau, spitzoval, 50:30 mm (II B) im damascierten Siegelfeld ein Schlüssel, oben und unten sind Stücke abgebröckelt. Umschrift: († s.) **prepositi. (monasterii.) augie. maioris.** (Daumeneindruck). — 3. des Dekans Johann von Reichenau, spitzoval, 45:30 mm, unten ein Stück abgebröckelt (II B), im Siegelfelde der englische Gruss. Umschrift: † s. **iohannis. (decani.) augie. maioris.** — 4. des Capitels der Reichenau (bekannt). — 5. des H. von Friedingen, dreieckschildförmig, so beschädigt, dass eine genaue Messung unthunlich ist (IV A 2), im Dreieckschild ein Querbalken, in dem oberen Theile des Schildes ein Löwe. Umschrift: († s.) **h. advocat(i) d(e) fridi(n)gen.** — 6. des C. Maier von Liggeringen, dreieckschildförmig, 35:30 mm (IV A 2), der Schild quadriert, beschädigt. Umschrift: († s.) **evn. villici. (de. lutz)eringen.** — 7. des C. v. Salenstein, dreieckschildförmig, die untere Hälfte abgebröckelt (IV A 2), im Schild ein Berg von pyramidaler Form. Umschrift: † s. **evnradi . . . salvn-s(ta)ln.** — 8. des Eberhard Schenk von Salenstein, rund, 40 mm (IV A 2), im gespaltenen Dreieckschild das gleiche (nur etwas anders gezeichnete) Wappenbild. Umschrift: († s.) **eb'hardi. pic'ne. de. salvnstal(n).** — (4, 5, 8 durch Fingerdruck erhöht, 6, 7 Daumeneindruck). Cod. Sal. II, 315 No. CCXCVII. Druck nach dem Or. Ulm. Urk.-Buch I, 240 No. 200. Ztschr. f. Baiern 1817 S. 359 f. Regest Ztschr. 3, 354. Vgl. unten No. 987.

1297. Nov. 29. Pfullendorf. Hærtnidus dictus Fuhse de Ôtinswiler verkauft die ihm eigenthümlich gehörende Wiese bei Hausen (Husen), *der akker* genannt, um 7 Pfund Konstanzer Pfennige an das Kloster Salem. Auf seine Bitte besiegeln die Urkunde Hainricus miles dictus Græmelich, minister et universitas civitatis in Phullendorf. Actum apud Phullendorf anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> nonagesimo septimo, in vigilia Andree, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Hainrico

dicto Græmelich; milite prenotato, H(ainrico) Ohsebach, Ber(toldo) de Husen, H(ainrico) de Homberch, R(üdolfo) dicto Græmelich, Alber(to) dicto Gûder, H. Hûter, Ber(toldo) dicto Hoppe, C. dicto Ernst, Rüdolfo precone, fratre Ger(ungo) mercatore, fratre C. de Rûdelingen, magistro in Lushain, aliisque pluribus probis viris. 978.

Perg. Or. im fürstl. Thurn und Taxis'schen Centralarchiv in Regensburg. Siegel in ein Säckchen eingenäht.

1297. Dez. 5. Munderkingen. Albertus nobilis dictus Schedel überträgt an das Kloster Salem das Eigenthumsrecht der Besitzungen in und bei dem Dorfe Grötzingen (Grezzingen), genannt *des Velwen gût*, welche Konrad Ernst baut und Cunradus dictus de Kilchain von ihm zu Lehen trug und um 8 Pfund Heller an das genannte Kloster verkaufte. Datum et actum apud Munderchingen, anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> nonagesimo septimo, nonas decembris, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet honorando viro Rüdolfo, rectore ecclesie in Stûzelingen, Eglolfo, filio meo, Walgero de Bernhusen, Hainrico de Kilchain, Hainrico de Almendingen, Cûnrado dicto Walh, fratre Cûnrado, medio cellerario, fratre C. dicto Riederer et fratre H. de Altmanshusen, conversis in Salem, aliisque pluribus fidedignis. 979.

Perg. Or. Fremde Hand. Am Pergamentstreifen Siegel des Ausstellers aus Wachs, dreieckschildförmig, 55:40 mm, IV A 2, im Schild der Stufenschnitt (Dorn). Umschrift (rohe Arbeit): † s. albert. scedil. von. stvzellg. Rückseite Daumeneindruck. Cod. Sal. II, 310 No. CCXCV.

1297. Dez. 12. Konstanz. Magister Ber(toldus) de Scafusa, canonicus ecclesie sancti Johannis Constancie, verschreibt testamentarisch alle seine liegende und fahrende Habe dem Kloster Salem. Acta sunt hec Constancie per me, magistrum Ber(toldum) predictum anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XC<sup>o</sup> VII<sup>o</sup>, pridie idus decembris, presentibus reverendo in Christo R(üdolfo) de Hewen, decano ecclesie Constanciensis, magistro Ber(toldo) de Lûtzelteten, penitenciario ecclesie predictae Constanciensis, domino Ūl(rico) de Richental, magistro Cûnrado Pfefferhardo, canonicis ecclesie Constanciensis, et aliis quampluribus fidedignis. Die Urkunde besiegeln auf Bitten des Ausstellers der Domdekan R(udolf) von Hewen und der Official des Hofes von Konstanz. Datum Constancie anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XC<sup>o</sup> VII, pridie idus decembris, indictione XI<sup>a</sup>. 980.

Perg. Or. An Pergamentstreifen 2 Siegel aus Wachs, 1. des Domdekan's, spitzoval, 55:34 mm, III A 2c in Verb. mit II B. Ueber 3 Rundbogen, zwischen 2 gothischen thurmartigen Aufsätzen die hl. Jungfrau mit dem Kinde, darunter der heil. Petrus, vor ihm kniend ein Kleriker. Umschrift: (+) s. rvdolf. decani. constanc. eccl'(ie). Auf der Rückseite ein von einem Instrument (Stempelgriff) herrührender Eindruck. — 2. des Officials, bekannt. Rückseite Daumeneindruck.

1298. Jan. 14. Bermatingen. Konrad Schenk von Beihenburg setzt dem Leutpriester Heinrich von Leutkirch seinen Knecht Heinrich Held für ein Darlehen von 1 Pfund Pfennig zum Pfand und bestimmt, dass er nach des Darleihers Tode in des Abtes von Salem Gewalt bleiben solle bis er gelöst wird. 981.

Ich Cûnrat der Schenke von Bigenburk tûn kunt allen den, die disen brîef lesende oder hõrende || sint, daz ich von hern Hainrich dem lûtpriester von Livtkilch enpfangen han ain pfunt pfenninge ko||stenzærre miunze unde im darumbe minen kneht, Hainrich den Helt, zainem pfande gesezzet han || mit allem reht in sôlichem gedinge, daz weder ich noch nieman von minen wegen stiure, dtenstes oder kaines rehtes, des ain kneht sinem herren gebunden ist, von im mûten sol. Unde ist, daz niemer geschehen mûzze, daz der vorgenante liutpriester stirbet, e der kneht von im werde erlõset, so sol er in gewalt unde gewer dez . . abtes unde der samenunge von Salmanswiller beliben in demselben reht, daz ist, daz ich enkain gewaltsami an im han sol, alle die wile er in ze pfande stat. Unde zainem urkiunde dirre dinge, so henke ich min insigel an disen brîef. Diz geschach ze Bermatingen in des Schenken Albrehtes hus, do von gottes gebiurte waren tusent zwai hundert unde ahdiu unde niunzeg iar, an sante Felix tage, ze gegenwiurti dirre geziuge: hern Albrehtes de[s] vorge[nan]ten Schenken, herren Cûnrades des liupriesters von Bermatingen, Hainrich Vogelsanges, Hainrich des Koches unde ander biderber liute.

Perg. Or. Fremde Hand. Befestigt wie an No. 432 das Siegel des Ausstellers aus Wachs wie an No. 668,2. Rückseite: 3 Fingereindrücke.

1298. Febr. 1. Konstanz. Simon, Pleban und Johannes Pfefferhart, Canonicus zu St. Stephan in Konstanz, entscheiden als Schiedsrichter einen Streit zwischen den Klöstern Petershausen und Salem über verschiedene Gerechtigkeiten in und bei Mimmehausen. 982.

Omnibus Christi fidelibus, ad quos presentes pervenerint, Symon, plebanus ecclesie sancti Stephani Constanciensis, necnon magister Johannes dictus Pfefferhart, canonicus ibidem,

orationes in domino cum || notitia subscriptorum. Ne labili hominum memoria gesta presentium in dubium revocentur, a posteris expedit, ipsa instrumentorum serie perennari. Noverint igitur tam posteri quam presentes, quod cum || inter dilectos in Christo Diethalmum, abbatem et conventum monasterii de Petri domo ex una, necnon dilectos in Christo Ūlricum, abbatem<sup>1</sup> et conventum monasterii de Salem ex parte altera super || iure propinandi vinum in villa Mimenhûsen, super iure piscandi in aqua, que vulgariter *dh Ahe* dicitur, a ponte dicte ville usque ad finem nemoris, quod vulgariter *Aichilô* nominatur, de coquendi seu pistandi panes, ponendi pastores gregis ac custodes frumenti et pratorum, qui vulgariter *Eschhaien* appellantur in villa predicta, necnon super censu duorum solidorum seu vomeris, qui vulgariter *Wagense* dicitur, annis singulis ipsorum altero persolvendo, de prato sito ante *Aichilô*, villico residenti in curia dicta *Baldewinshof*, pertinente monasterio de Petri domo, ac ipso prato iam dicto, quod memorati abbas et conventus de Petri domo sibi adiudicari petebant eo quod dictus census non solum per biennium sed per viginti annos et amplius sit neglectus, super prato, quod *Gvmpoltzrieth* dicitur, dictis abbate et conventu de Petri domo asserentibus quod pratum iam dictum semper in anno tercio hominibus dicti monasterii de Petri domo patere debeat pro suis animalibus pascendis et aliis hominibus de villa Mimenhûsen memorata aliisque duobus annis dicti abbatis et conventus monasterii de Salem tantum usufructum primi feni recipere debeant, ipsoque recepto dictum pratum aperire pro pascendis animalibus hominum predictorum et super prato *Els-egge*, quod dicti abbas et conventus de Petri domo asserebant ad pascua communia dicte ville pertinere, super transitu bigarum et curruum per agros, prata et possessiones opidi in Menwank, pertinentes monasterio de Petri domo supradicto, et super ponte ville in Milnhoven, quem memorati abbas et conventus de Petri domo in ipsorum preiudicium esse constructum affirmabant, cum limites dicti pontis ab utraque parte ripe possessiones dicto monasterio de Petri domo pertinentes contingere videantur, questio verteretur, prelibate partes, volentes parcere laboribus et expensis, omni sollempnitate debita observata et tractatu debito procedente, nos in

<sup>1</sup> Von hier an hellere Tinte.

arbitros arbitratores seu amicales compositores concorditer elegerunt, promittentes per sollempnem stipulationem ac sub periculo cause seu causarum omnium predictarum, ratum habere et non contra venire de iure vel de facto, quicquid per nos in omnibus et singulis premissis articulis diffinitum, ordinatum fuerit sive dictum. Quo arbitrio in nos suscepto et diligenti inquisitione prehabita diffinimus, dicimus et ordinamus, ut homines utriusque monasterii perpetuo et irrefragabiliter ab exercitio iuris propinandi unum de cetero debeant abstinere. Decernentes, ut persona seu persone monasterio in Petri domo pertinentes, que officium propinandi vinum a tempore presentis ordinationis exercuerint in villa Mimenhûsen seu in confinibus dicte ville pertinentibus, quotienscumque id attemptaverint, abbati et conventui monasterii de Salem unam libram denariorum monete Constantiensis persolvere teneantur. Quod et observari debet in hominibus dictis de Salem pertinentibus, ut unam libram dictorum denariorum exsolvant abbati et conventui monasterii de Petri domo, si dictum officium propinandi vinum in villa predicta vel eius confinibus presumpserint exercere. Super iure vero piscandi in aqua memorata et infra limites supradictos dicto abbati et conventui de Petri domo silentium imponimus perpetuum, cum prefatos abbatem et conventum monasterii de Salem huiusmodi iure piscandi invenimus quadraginta annos et amplius pacifice fore usos. Super iure vero pistandi seu decoquendi panes decernimus, ut homines utriusque monasterii eo uti valeant, qui sibi id crediderint expedire. Super iure autem seu iuribus eligendi pastores gregum seu custodes frumenti et pratorum, qui vulgariter dicuntur *Eschhaien*, cum huiusmodi officia homines utriusque monasterii contingere videantur, decidimus et diffinimus, ut quocienscumque ad dicta officia aliqui fuerint eligendi homines utriusque monasterii, in dicta villa residentiam fatientes convenire habeant, eosque communiter ad dicta officia eligere, quos sibi in dictis officiis magis crediderint expedire. Ab impetitione vero census predicti et prati memorati, quid sibi adjudicari petebant, abbas et conventus de Petri domo predicti eo, quod dictus census tempore debito non fuerit persolutus, et ab impetitione iuris, quod tam suis hominibus, quam aliis in sepedicta villa Mimenhûsen residentibus dicebant competere in prato, quod *Gvmpoltzrieth* nuncu-

patur, et in prato, quod *Elsegge* nominatur, prefatos abbatem et conventum monasterii de Salem seu ipsorum monasterium, cum spatio quadraginta annorum dictus census non fuerit persolutus hominesque dicti monasterii vel alii in dicta villa Mimenhûsen residentes dicto iure pro suis pascendis animalibus usi non fuerint, absolvimus per presentes. Diffinientes, ut prefati abbas et conventus monasterii de Salem prata iam proxime dicta fossatis et sepibus claudere valeant ac clausa sine contradictione qualibet decetero detinere. Decernimus insuper, ut abbas et conventus monasterii de Salem, qui pro tempore fuerint, via seu strata communi contenti esse debeant, nec transire bigis vel curribus vel aliis quibuscumque vehendi instrumentis per agros, prata seu possessiones sitas apud villam Mainwank sine speciali licentia dictorum abbatis et conventus monasterii de Petri domo vel hominum residentium in dictis possessionibus eorundem. De ponte vero in Milnhoven diffiniendo dicimus, ut pro transitu hominum in loco, quo nunc est, manere debeat cum ipsum invenimus de communi consensu hominum et advocati dicte ville ac monasterii de Petri domo fore constructum ipsique monasterio de Petri domo in recompensam preiudicii, quod sibi ex constructione pontis potuit generari locum, qui vulgariter *der brugge aker* dicitur, qui ad communes usus dicte ville pertinuit fore traditum et assignatum, quem locum dicto monasterio de Petri domo adiudicando dicimus specialiter pertinere. Et ut hec omnia et singula rata et firma in perpetuum remaneant, presens instrumentum sepefatis partibus fieri fecimus nostris sigillis unâ cum sigillo dictarum partium communitum. Acta sunt hec Constantie, presentibus infra scriptis, videlicet Hainrico de Castello, canonico ecclesie sancti Stephani Constantiensis, Alberto fratre eiusdem, Ulrico de Berge, canonico ecclesie sancti Johannis Constanciensis, Hainrico dicto Strit, cive Constantiensi, et aliis quam pluribus fidedignis, an. dom. M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XC<sup>o</sup> VIII<sup>o</sup>, kalendas februarii, indictione XI<sup>a</sup>. Nos . . abbates et conventus dictorum monasteriorum presentibus profitemur, quod dictum arbitrium recepimus et approbavimus, recipimus ac etiam approbamus. Et in evidentiam nostre receptionis et approbationis presenti carte nostra sigilla duximus appendenda.

Perg. Or. Fremde Hand. An leinenen Litzen (1 und 3 braun und gelb, 2 und 4 weiss) hängen 4 Siegel aus Wachs: 1. des Plebans Symon

von St. Stephan zu Konstanz wie an No. 940. — 2. des Johannes Pfefferhart, Canonicus daselbst, spitzoval, 50:33 mm, II B, Bild eines Heiligen, der mit dem Kreuz in der Rechten einen Drachen bezwingt. Umschrift: † s. magri. iohannis. pfefferhart. can. ecce. sci. stephani. constanc. (sehr undeutlich ausgedrückt). — 3. des Abtes Diethelm von Petershausen, spitzoval, 60:40 mm, III A 2b, sitzender Abt, in der Rechten den Stab, in der Linken ein Buch. Umschrift: † s. diethelmi. abb(a)tis. mon. de. petridomo. — 4. des Convents von Petershausen, rund, 55 mm, II B. Brustbild des hl. Gregor d. Gr., mit der Infel, die Rechte zum Segen erhoben, in der Linken ein aufgeschlagenes Buch, beim rechten Ohr eine Taube (Symbol des hl. Geistes), rechts und links des Hauptes im Siegel-felde: scs. — grg. Umschrift: † sigillvm. conventv(s. m)on. de. petri-d(omo). Das 5. Siegel, des Abtes von Salem, ist abgegangen. Rückseiten: 1. Einkerbung in Form eines liegenden Kreuzes. 2. Zwei Ein-drücke. 3. Ein querlaufender tiefer Einschnitt. 4. Glatt. Cod. Sal. II, 313 No. CCXCVI und 413 No. CCCXVII.

1298. Febr. 12. Bodman. Johannes de Bodmen, miles übergibt die Besitzungen in Spöck (Spekke), genannt *das güt von Bræmen* (ad culturam duorum boum se extendentes), welche Burkardus, Hainricus et Hermannus germani dicti Hýtærre, cives in Pfullendorf, von ihm zu Lehen trugen, an das Kloster Salem um 8 Mark Silber verkauften und ihm durch die Hände der Gebrüder Eggehardus et Rüdolfus dicti cognomine Eggeharde resignierten, auf deren Bitten dem genannten Kloster zu rechtem Eigenthum. Actum in Pfullendorf anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XC<sup>o</sup> septimo, in vigilia omnium sanctorum, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet nobili viro domino Anshelmo de Justingen, Hainrico dicto Græmelich, milite, ministro in Pfullendorf, Ūrico de Kivngs-egge, Eggehardo et Rüdolfo fratribus prelibatis, Rüdolfo dicto Kesselær, Burkardo dicto Swende, Cünrado et Hainrico, filiis predicti ministri, Hainrico de Hônberck aliisque pluribus fide-dignis. Datum in Bodmen anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> nonagesimo octavo, pridie idus februarii, indictione XI. 983.

Perg. Or. Fremde Hand. Siegel des Ausstellers am Pergamentstreifen, aus Malta, wie an No. 686. Cod. Sal. II, 305 No. CCLXXXVII irrig zum Jahre 1297. Danach ebenfalls zu 1297. Reg. Ztschr. 3, 249.

1298. Apr. 16. Esslingen. Abt und Convent des Cistercienserklosters Kaisheim reversiren sich über die Besetzung einer Pfründe an der aus der Stiftung des Arztes Trutwin gestifteten Kapelle zu Esslingen, welche, wenn sie es versäumen, von dem Abt von Salem vergeben werden soll. 984.

In nomine domini amen. Nos frater Heinricus, abbas de

Cesarea, totusque conventus ibidem, Cisterciensis ordinis, Augustensis dyocesis, notum fieri || volumus presencium inspec-  
toribus universis, quod cum magister Trutwinus, phisicus in Ezzelinga, sue devocionis affectum circa nos habunde expri-  
mens per effectum anno || domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XCIII<sup>o</sup> domum suam  
sitam infra muros civitatis Ezzelingensis, in monte, qui *Schonen-  
berch* dicitur, cum uno et dimidio jugere vinearum sitarum  
in monte, || qui *Ebershalde* vocatur, et uno iugere vinearum  
in *Helblingesprunne* ac redditibus solventibus 40 panes per  
singulos septimanas de mensis panificum in foro Ezzelingensi positorum que *brôllauben* vulgariter appellantur, ac  
de pistrino iuxta capellam sancti Egidii situm, quod *ovenhus*  
vulgariter appellatur, nobis et ecclesie nostre in anime sue  
remedium donacione sollempni liberaliter tradidisset, sicut in  
instrumento principali super hoc confecto plenius continetur,  
et post donacionem prehabitam nobis factam capellam iuxta  
domum predictam in area nostra de propriis sumptibus, acce-  
dente nostra voluntate et consilio, construxisset, nos, quia id  
affectare ipsum novimus desiderio estuanti, ad hoc nostras  
nostrorumque successorum conscientias presentibus duximus  
obligandas, quod capellam eandem officiabimus in perpetuum  
vel per nostri monasterii sacerdotes aut per aliquem clericum  
secularem, ita exnunc ordinantes, quod quilibet, cui eandem  
capellam inofficiandam commiserimus, sive persona nostri or-  
ordinis fuerit, seu eciam secularis, omnes proventus sive red-  
ditus tam de vineis quam de mensis panum ac de pistrino  
sine diminucione qualibet recipiat pro suis necessitatibus inte-  
graliter universos, nec nos nec aliquis successorum nostrorum  
abbatum hanc nostram ordinationem poterit inmutare, sed  
predicti redditus seu proventus, sicut premissum est, integra-  
liter cedent in prebendam eius, qui capellam inofficiaverit  
supradictam. Ne autem nos vel nostri successores capellam  
ipsam officiare negligamus, quemadmodum est predictum, sic  
ad officiandum eam perpetim taliter nos artamus, ut, quociens-  
cumque per tempus semestre capella eadem officiante eam  
caruerit sacerdote, divina in ea more solito celebrante, nisi  
generale inibi fuerit interdictum vel impedimentum intervenerit  
aliud, quod ab officiando eam rationabiliter nos excusit, ex-  
tunc pro vice illa dumtaxat dominus abbas de Salein, quicum-  
que pro tempore illo fuerit, liberam habeat facultatem con-

ferendi prefatam capellam cuicumque voluerit ydoneo sacerdoti, qui eam officiet pro tempore vite sue, et qui percipiat interim proventus possessionum sive bonorum omnium prescriptorum, proprietate tamen ac dominio possessionum predictarum omnium penes nostrum monasterium remanente, illoque mortuo sacerdote ius conferendi eandem capellam cum proventibus bonorum prescriptorum extunc habebimus liberam facultatem nullumque nobis generabit preiudicium talis negligencia iam purgata. Et in horum omnium robur et evidens testimonium presentem litteram sigillorum nostri ac venerabilium abbatum de Salem et de Bebenhusen munimine volumus roborari. Datum et actum in Ezzelinga anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XCVIII<sup>o</sup>, XVI<sup>o</sup> kalendas junii.

Perg. Or. Fremde Hand. An Pergamentstreifen 3 spitzovale Siegel, II B, alle 3 beschädigt, 1 und 3 aus grün, 2 aus mennigrothgefärbtem Wachs, 1. des Abtes von Kaisheim, stehender Abt mit Stab und Buch, Umschrift: (+) **sigillvm. abbatis. de. cesa(re)**, — 2. des Abtes von Salem, bekannt, — 3. des Abtes von Bebenhausen, stehender Abt mit Stab und Buch. Umschrift: (+ s.) **abbat(is. de. beb)inhvsen**. Rückseiten: 1 mit 4 Einschnitten, 2 glatt, 3 mit 2 Fingereindrücken.

1298. Mai 17. Altstetten. Eglolfus miles de Altstetten verkauft dem Kloster Salem um 5 Pfund Konstanzer Pfennige einen Theil der Alp Vâile. Actum apud Altstetten anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XCVIII<sup>1</sup>, XVI kalendas junii, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet . . dicto Knelle, H. *hinder dem Bîle*, Hainrico dicto Aetti et Cünrado dicto Han aliisque pluribus fidedignis. 985.

Perg. Or. Salemer Hand. Siegel des Ausstellers, befestigt wie an No. 432, aus Wachs, dreieckschildförmig, beschädigt, der Schild fünfmal getheilt. Umschrift: (+ s. **eglo**)**li. m(ili)ti. d' a.stet(en)**. Rückseite: zwei ganz oberflächliche Einschnitte. Druck: Ztschr. 11, 38.

1298. Juli 18. Salem. Hugo comes de Werdenberc et de Sancto Monte überlässt das Eigenthumsrecht des Hofes in Wittenhouen, genannt *hern Hermannes Schambliers hof*, den strenuus vir Cünradus de Marthorf von ihm zu Lehen trug und nach erfolgter Resignation an das Kloster Salem um 13 Mark Silber verkaufte, an das genannte Kloster. Actum et datum in Salem, anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XCVIII<sup>o</sup>, XV. kalendas augusti, presentibus testibus infrascriptis, videlicet domino

<sup>1</sup> Or. hat durch ein Schreibversehen M<sup>o</sup> XCVIII<sup>o</sup>.

Hainrico plebano in Livtkirch, Hainrico Pincerna de Vtendorf milite, nobili viro Swiggero de Teggenhusen, Burcardo de Ramsperk, Hainrico dicto Mædeling, fratre Rûperto priore, fratre Hainrico dicto Kæpfinc, fratre Ūlrico de Ehingen, fratre Rûdolfo dicto de Waltkilch, fratre Dietrico dicto de Nivfron, monachis in Salem, aliisque pluribus fidedignis. 986.

Perg. Or. Salemer Hand. 2 Siegel aus Malta an Pergamentstreifen: 1. des Grafen Hugo von Werdenberg und Heiligenberg, rund, 32 mm, im Siegelfelde der Helm mit Kleinod (Flug), daneben rechts die (werdenberg'sche) Kirchenfahne, links ein kleiner Dreieckschild mit der (heiligenberg'schen) Stiege (hier aber fast ganz in der Form des Stufenschnitts oder Dorns, wie ihn das Gundelfing'sche Wappen zeigt). Umschrift: † s. hvgonis. com̃tis. de. werdeiberch. Rückseite: 3 wagrechte Einschnitte. — 2. des Konrad von Markdorf wie an No. 841. Daumeneindruck. Cod. Sal. II, 319 No. CCCI. Reg. Ztschr. 3, 249.

1298. Juli 23. Reichenau. Heinrich Bischof von Konstanz und Gubernator der Reichenau bestätigt den durch Propst, Dekan und Capitel der Reichenau erfolgten Verkauf des Obereigenthums der Güter des Klosters in Elchingen an das Kloster Salem. 987.

Hainricus, dei gratia Constantiensis episcopus necnon gubernator Augie Maioris, omnibus Christi fidelibus, ad quos presentes pervenerint, salutem in domino cum || noticia subscriptorum. Noverint universi, quos nosce fuerit oportunum, quod cum dilecti in Christo Ūlricus prepositus, Johannes decanus, totusque conventus monasterii || antedicti directum dominium possessionum sitarum in Älchingen cum omnibus suis pertinentiis et iure patronatus ecclesie in Älchingen annexo eisdem, quasque Cûnradus miles de || Blochingen a viris discretis . . dictis Straifen in feodum habuit et possedit, et quas predicti dicti Straiffen a nobilibus viris . . comitibus de Kilchberg in feodum tenuerunt, iidemque comites a dicto monasterio Augie Maioris, dictas possessiones cum omnibus pertinentiis earundem et iure patronatus ecclesie antedecte annexo possessionibus iam predictis dicti de Kilchberg comites ab . . abbatibus dicti monasterii seu ab ipso monasterio in feodum tenuerunt, necnon dominium directum possessionum sitarum in loco memorato, quas C(ûnradus) de Älchingen a . . dictis Straiffen iam premissis in feodum tenuit et possedit, et quas dicti Straiffen a . . comitibus antedictis habuerunt in feodum, ipsique comites ab . . abbatibus seu monasterio antedicto, cum ipsarum pertinentiis universis necnon directum dominium

possessionum sitarum ibidem cum<sup>1</sup> pertinentiis earundem, quas Ūlricus dictus Rote a predictis abbatibus seu monasterio memorato in feodum tenuit et possedit, ipsorum monasterio, oppresso gravi onere debitorum, tractatu debito prehabito et consueto, dilectis in Christo . . abbati et conventui monasterii in Salem tamquam maius precium offerenti nobis in remotis agentibus vendidissent ac etiam tradidissent pro viginti quinque marcis puri et legalis argenti ponderis Constantiensis, quas se in evidentem utilitatem ac exonerationem debitorum dicti monasterii convertisse referebant, petiverunt a nobis unā cum predicto abbate et conventu monasterii de Salem, ut venditioni et traditioni directi dominii possessionum omnium predictarum [cum] iure patronatus memorate ecclesie et universis pertinentiis earundem pium preberemus assensum, ipsamque venditionem ac traditionem ratificare, approbare et confirmare dignaremur, utpute in evidentem utilitatem dicti monasterii Augie Maioris cum sollempnitate debita celebratam. Nos advertentes, quod honesta et iusta petentibus favor debet merito adhiberi, cognitione debita premissa, quia nobis constitit dictam venditionem et traditionem in evidentem utilitatem dicti monasterii Augie Maioris, communi et sollempni tractatu prehabito, necnon servata forma debita et consueta fore factam et precium ex dicta venditione habitum in utilitatem iam predicti monasterii fore versum, dictosque abbatem et conventum monasterii de Salem maius precium obtulisse, deliberatione debita premissa, dicte venditioni ac traditioni nostrum consensum presentibus impertimur ipsamque venditionem ac traditionem, tamquam in evidentem utilitatem dicti monasterii Augie Maioris celebratam, ratificamus, approbamus ac auctoritate nobis tradita, tamquam gubernator iam dicti monasterii, valituram imperpetuum ex certa scientia confirmamus. Et in evidentiam premissorum dicto . . abbati et conventui monasterii in Salem presens instrumentum fieri fecimus, nostri sigilli, quo tamquam gubernator dicti monasterii Augie Maioris utimur, cum sigillo conventus monasterii Augie Maioris predicti munimine communitum. Datum et actum in monasterio Augie Maioris, anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> nonagesimo octavo, X. kalendas augusti, presentibus testibus ad hoc vocatis et rogatis, videlicet Hainrico de Schinen, rectore ecclesie in Wolmetingen,

<sup>1</sup> Or. hat et.

Burcardo de Salunstain, rectore ecclesie in Schlathain, Hainrico de Rinowe, canonico ecclesie sancti Johannis, Nycolao ministro dicto Bv̄rzeler, Johanne dicto Bv̄rzeler, Hainrico dicto Kōcheli, et fratre Eberhardo de Stekboron, monacho in Salem, et aliis quam pluribus fidedignis.

Perg. Or. im kgl. bair. Reichsarchiv in München. Reichenauer Hand. 2 Siegel, an Pergamentstreifen anhängend, aus Wachs, oben und unten etwas abgebröckelt: des Bischofs Heinrich als Gubernator der Reichenau, spitzoval, 70:45 mm (III A 2b) sitzender Bischof, in der Rechten ein Buch, in der Linken den Stab. Umschrift: (theilweise sehr undeutlich) († s. heinrici. epi. ecce. stan(ciensis. gubern)atoris. mon. augie. maiori(s). (Rückseite erhöht mit 2 schräglaufenden tiefen Einkerbungen). — 2. des Capitels der Reichenau, bekannt. (Daumeneindruck.) Cod. Sal. II, 316 No. CCXCVIII. Erwähnt Ulm. Urkb. I, 240. Ztschr. f. Baiern 1817 S. 152. Ztschr. 3, 250 und 354. Vgl. No. 977.

1298. Aug. 16. Ehingen. Ulricus comes de Berge dictus de Schælclingen gestattet, dass Hainricus de Nivuarvn (noster fidelis) dem nobilis vir Hugo comes de Werdenberch, seinem (des Ausstellers) Schwager, für das Eigenthumsrecht des von ihm an das Kloster Salem verkauften Hofes in Adriatsweiler (Adrehtzwiler), welches dem Grafen zustand, durch entsprechende Güter in Zusdorf, die er nunmehr von dem Grafen zu Lehen empfieng, Ersatz leiste. Actum et datum in Ehingen anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XCVIII<sup>o</sup>, XVII. kalendas septembris. 988.

Perg. Or. Fremde Hand. Befestigt wie an No. 432, das Siegel des Ausstellers aus Wachs wie an No. 765.

1298. Aug. 21. Konstanz. Officialis curie Constanciensis beurkundet, dass Waltherus, natus quondam C. molitoris de Vberlingen et Cristine dicte de Capelle, uxoris sue legittime, dem durch seine Mutter und seinen Bruder Chünradus um 6 Pfund weniger 2 Schilling Konstanzer Pfennig erfolgten Verkauf eines Gütchens (scōposce) in Tüfingen (Tiuingen), genannt *der müllerinun güt von Vberlingen*, an das Kloster Salem, nach erlangter Volljährigkeit die ausbedungene nachträgliche Zustimmung ertheilt habe. Acta sunt hec Constancie, anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XCVIII<sup>o</sup>, XII. kalendas septembris, presentibus fratre Burchardo dicto *ze Bv̄rgtor*, monacho monasterii de Salem, magistris Johanne dicto Phefferhart, R. dicto de Tettikouen, canonicis ecclesie sancti Stephani Constanciensis,

Johannis scholaris predicti magistri R., R. dicto Schüler, Lütoldo dicto Hower, H. dicto Phaffen et C. dicto Eppishuser, clericis, ac aliis fidedignis, indictione XI<sup>a</sup>. 989.

Perg. Or. Hand des Officialats. Befestigt wie an No. 432, das bekannte Siegel des Officials aus mit Fett vermischtem Wachs, Daumeneindruck. Cod. Sal. II, 361 No. CCCXLVIII. Reg. Ztschr. 3, 250.

1298. Aug. 21. Mengen. Eberhardus de Rosenöwe miles überträgt dem Kloster Salem das Eigenthumsrecht der Besitzungen in Jetkofen (Vtkouen), welche Eggehardus de Ostrach von ihm zu Lehen trug und Hainricus dictus Sturm baut (extendentes se ad culturam trium boum vel paulo amplius). Actum in Mengen in horto Hainrici de Svarzach, civis ibidem, anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XCVIII<sup>o</sup>, in crastino beati Bernhardi abbatis, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Rüdolfo de Rischach milite, Hainrico de Swarzach prenotato, Bertholdo de Landovwe, Wern(hero) Cementario<sup>1</sup>, Cünrado dicto Löcheler, sutore et Hainrico de Bürron, civibus in Mengen, maiore cellerario, Alberto pistore, Dietrico de Nvfron, monachis in Salem, aliisque pluribus fidedignis. 990.

Cod. Sal. IV, 45 No. LXVII.

1298. Aug. 24. Pfullendorf. Rū(dolfus) miles et Burcardus de Ramsperch, germani, et Rū(dolfus), filius quondam Bur(cardi) militis de Ettenberch, gestatten dem Kloster Salem auf Bitten des Pfullendorfer Bürgers H. von Wintersulgen, über die zwei Theile des grossen und kleinen Zehnten zu Kreenrieth (Cragenriet) und zu Egge und die dortigen Aecker (ad culturam duorum boum se extendentes), welche dieser von ihnen zu Lehen trug, nach Gefallen zu verfügen, indem sie ihr Recht an diesen Zehnten und Aeckern dem genannten Kloster übertragen. Actum apud Phullendorf anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XCVIII<sup>o</sup><sup>2</sup>, IX. kalendas septembris, presentibus hiis testibus et ad hoc vocatis, videlicet viro strennuo H(ainrico) dicto Gramelich, Rüdolfo de Nuwenhusen, H. dicto Ohsobach, Bur(cardo) de Wülvelingen, Alberto de Ertingen, aliisque pluribus fidedignis, consumatum vero in Salem, anno predicto pridie nonas mensis eiusdem.<sup>3</sup> 991.

Cod. Sal. II, 251 No. CCL. Reg. Ztschr. 3, 484.

<sup>1</sup> Cod. Sal. hat connintario. -- <sup>2</sup> Der Cod. Sal. hat in Folge eines Schreibversehens M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> VIII<sup>o</sup>. -- <sup>3</sup> Sept. 4.

1298. Aug. 26. Langenstein. Ulricus miles de Bodmen gestattet, dass sein Eigenmann Eggehardus de Ostrach dem Kloster Salem seine Besitzungen zu Jettkofen (Ŵtinkouen) — ad culturam duorum boum se extendentes — und zu Kalkreute (Galkrivti) — ad unius tantum bovis culturam se extendentes, quas a strennuo et dilecto patruele meo Johanne de Bodmen milite et a me in feodum tenuit — verkaufe; der Kaufpreis beträgt für jede Mark Einkünfte 14 Mark Silber, der Aussteller übergibt für sich und seinen genannten Oheim dem Kloster Salem das Eigenthumsrecht dieser Besitzungen und verzichtet auf alle ihm daran zustehenden Rechte. Acta sunt hec in Salem anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XCVIII<sup>o</sup>, in die beati Laurencii,<sup>1</sup> presentibus R(üdolfo) de Sulzberg, H(ainrico) dicto Grämelich, militibus, et R. ministro de Sancto Monte, aliisque pluribus fidedignis. Datum vero in Langenstein eodem anno, VII. kalendas septembris, presentibus H(ermann) de Sulzberg milite, R. de Rosenberg, genero suo, Johanne filio meo, Wernhero de Riethusen, Bur(cardo) dicto Bodenzapfe et aliis probis viris. Es siegelt, zugleich für seinen Oheim Johannes, der Aussteller.

992.

Cod. Sal. II, 318 No. CCXCIX. Reg. Ztschr. 3, 250.

1298. Okt. 3. Konstanz. Hainricus dictus Mōseli, H. dictus Hohe verkaufen um 8 Pfund Konstanzer Pfennig die ihnen eigenthümlich zustehenden Besitzungen, genannt *ze Bongarten*, gelegen bei Roggenbeuren (Roggenbÿron) an den discretus vir, magister Hermannus de Ŵtwille, advocatus in curia Constanciensi, durch die Hände des Domdekans von Konstanz R(udolfus) de Hewen und mit Zustimmung ihrer Herren: Albertus rector ecclesie in Bermetingen und H(ainricus) Pincerna de Ŵttendorf, miles. Diese beiden nebst Albertus, rector ecclesie in Merspurch, und Bruder H. Mōseli erklären sich als Gewähr für diesen Verkauf und die Freiheit der genannten Güter von allen Zinsen und jeglicher Vogtei (pro eo, quod dicte possessiones sint libere et ab omnis census exactione immunes nec subiecte alicui advocato). Acta sunt hec Constancie anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XCVIII<sup>o</sup>, VIII<sup>o</sup> kalendas octobris, presentibus strennuo viro C(ünrado) de Mænlishouen, milite, magistro Walthero dicto Tihler, canonico sancti Stephani

<sup>1</sup> Aug. 10.

Constancie, Johanne, sacerdote, capellano capelle sancte Margarete ecclesie Constanciensis, C. fratre suo et Jacobo, scolari dicti domini decani, aliisque pluribus fidedignis. Datum Constancie anno domini predicto, V. nonas octobris, indictione XII<sup>a</sup>.

993.

Perg. Or. Fremde Hand. An Pergamentstreifen 3 Siegel aus mit Fett vermischem Wachs: 1. des Domdekans Rudolf von Hewen wie an No. 980, — 2. des Kirchherrn Albert von Bermatingen, eines Schenken von Ittendorf, spitzoval, oben abgebröckelt, 48:30 mm, IV A 2, im Dreieckschild der Doppelhaken, darüber ein Zweig mit 3 Rosen. Umschrift: († s.) alb. rectoris. ecce. in. bermetin(gen), — 3. des Schenken Heinrich von Ittendorf wie an No. 970, die Rückseiten von 1 und 2 mit 2 Fingereindrücken, dazwischen ein wagrechter Einschnitt, 3 ein Fingereindruck zwischen zwei wagrechten Einschnitten; das 4. Siegel (des Officials von Konstanz) ist abgegangen. Die Urkunde wird wohl beim Ankauf von Gütern zu Roggenbeuren in das Salemer Archiv gelangt sein.

1298. Nov. 28. Ehingen. Ulricus comes de Berge sive de Schælklingen überlässt dem Kloster Salem auf Bitten des Eberhard Wintholtz und seines Sohnes Konrad die nachstehenden Besitzungen, welche diese von ihm zu Lehen trugen und an das genannte Kloster um 6 Pfund und 8 Schill. Hellerpfennige verkauft hatten, zu rechtem Eigenthum, nämlich: clivim cum silva et fundo dictam *Riethalde* et agros cultos sive incultos eidem contiguos usque ad fluvium dictum *Smiehe* sitos et agrum unum a superiori parte dicti clivi contiguum, item clivim sive silvam cum fundo dictam *Landoltzcelle* et agros cultos sive incultos eidem contiguos usque ad agros sive possessiones . . dictorum Hiltpolt et . . villici de Sundernach se protendentes. Datum et actum apud Ehingen in domo . ministri, anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XCVIII<sup>o</sup>, IIII<sup>o</sup> kalendas decembris, indictione XII<sup>a</sup>, presentibus C. dicto Zæhe, ministro, Bur(cardo) et H., filiis suis, H. notario nostro, . . dicto Vl, quondam ministro, . . dicto Ruhe, ministro nostro, Eber(hardo) Wintholz iuniore, C. dicto Walh, Kraft dicto Balzholz, H. dicto Vesunherre et aliis quampluribus fidedignis. 994.

Perg. Or. Fremde Hand. Am Pergamentstreifen das beschädigte Siegel des Ausstellers aus Malta wie an No. 765. Rückseite: 2 Fingereindrücke.

1299. Jan. 7. Salem. Hainricus, filius quondam Hainrici de Nûfron, übergibt das Eigenthumsrecht des Hofes zu Ostrach *hinder dem stainhûs*, welchen Egghardus de Ostrach von ihm

zu Lehen hat, nebst den dazu gehörigen Besitzungen — ad culturam quatuor boum se extendentes — an das Kloster Salem. Actum in Salem, anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XC<sup>o</sup> nono, in crastino epiphanie, subnotatis testibus presentibus et rogatis, scilicet Hainrico dicto Swende seniore, Burcardo de Wildorf, Dietrico, ministro meo, Rūperto priore, Dietrico de Bermetingen seniore, monachis in Salem, fratribus Gerungo et Alberto de Lachon, conversis eiusdem monasterii, aliisque pluribus fidedignis. 995.

Perg. Or. im kgl. Regierungsarchiv in Sigmaringen. Salemer Hand. Am Pergamentstreifen das Siegel des Ausstellers aus Malta, rund, 40 mm, IV A 2, im eingegitterten Siegelfelde der dreimal getheilte Dreieckschild. Umschrift: † s. hainrici. de. nvfron. Rückseite gratartig erhöht mit 2 Einkerbungen. Cod. Sal. II, 339 No. CCCXXII.

1299. Jan. 12. Salem. Swigerus de Teggenhusen nobilis überträgt das Eigenthumsrecht aller Besitzungen in Jettkofen (Vtkouen), welche Eggehardus de Ostrach von ihm zu Lehen trägt und H. Hartman baut, um 25 Schilling Konstanzer Pfennige an das Kloster Salem. Actum et datum in Salem anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> nonagesimo nono, II. idus januarii, indictione XII<sup>a</sup>. 996.

Cod. Sal. IV, 5 No. V.

1299. Jan. 14. Mengen. Hainricus de Būzikouen übergibt das Eigenthumsrecht der Besitzungen in Ostrach bei der Brücke, welche Eggehardus de Ostrach von ihm zu Lehen trägt — extendentes se ad culturam duorum boum — auf dessen Bitten an das Kloster Salem. Datum apud Mængen, anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> nonagesimo nono, XIX. kalendas februarii, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Manegoldo de Hornestain, Ber(toldo) de Eberhartzwiler, militibus, Ber(toldo) filio predicti Ber(toldi) de Eberhartzwiler, et Hainrico fratre suo, Hainrico de Buwenburch, Gerboldo dicto *von der Hūbe*, Ber(toldo) de Landowe, Ber(toldo) dicto Banzler, civibus in Mængen aliisque pluribus fidedignis. 997.

Perg. Or. im kgl. Regierungsarchiv in Sigmaringen. Fremde Hand. Am Pergamentstreifen das Siegel der Stadt Mengen aus Malta wie an No. 763. Rückseite gratartig erhöht mit 2 Einschnitten. Cod. Sal. II, 337 No. CCXIX.

1299. Jan. 14. Salem. Die Brüder Rüdiger und Rudolf von Magenbuch verkaufen dem Kloster Salem verschiedene Besitzungen zu Ostrach um 26 Mark Silber, von welcher Summe sie 22 Mark sogleich, den Rest aber erst dann erhalten, wenn sie dem Kloster seitens der Edeln von Gundelfingen, denen über Theile des Verkauften die Lehenshoheit zusteht, die Eignung dieser Theile erwirkt haben. 998.

Universis hanc literam inspecturis Rüdigerus et Rüdolfus de Magenbûch fratres notitiam rei geste. Ne labente tempore memoria rerum pariter || evanescat, literarum debet officio precaveri. Noverint igitur universi tam posteri quam presentes, quod nos de consensu mutuo pleno et expresso medietatem curie || site ultra fluvium dictum Ostrach necnon areas et ortos sitos citra fluvium in eodem opido dicto Ostrach, videlicet aream sitam inter collem sive vulgariter || loquendo *Bôhel* et inter curiam Rüdolfi villici, quam inhabitat Hainricus dictus Brîlli, necnon aream *uf dem frithove* sitam, quam inhabitat Hainricus dictus Mitting, cum areis et ortis sitis inter curiam Rüdolfi dicti Eggehart et inter curiam Eggehardi, extendentibus se ab aqua predicta usque ad stratam, silvam quoque dictam *der Hô* sitam *an der Staige* a parte dextra versus Bachhûbton, aliasque possessiones omnes et singulas nobis in prefata villa iure proprietario pertinentes, quocunque nomine censeantur, cum suis attinentiis et iuribus universis, agris videlicet cultis et incultis, pratis, pascuis, silvis, virgultis, aquis, aqueductibus ac aliis quibuscunque attinentiis eisdem possessionibus intus et extra pertinentibus, jus etiam proprietatis seu dominium medietatis cuiusdam curie site *uf dem frithove*, quam a nobis in feodum tenet Rüdolfus, filius Mehtildis dicte Mittingin, venerabilibus in Christo abbati et conventui monasterii de Salem, ordinis Cysterciensis, Constantiensis dyocesis, pro viginti sex marcis puri et legalis argenti ponderis Constanciensis, quarum viginti duas nos recepisse profiteamur et in utilitatem propriam convertisse, iusto venditionis titulo de consensu omnium, quorum intererat, vendidimus, tradidimus et donavimus ab ipsis ipsorumque monasterio in perpetuum quiete et pacifice iure proprietatis libere possidendas, adhibitibus per nos in premissis verborum ac gestuum sollempnitatibus debitis et consuetis. Et quia pro dicta summa pecunie cum dictis possessionibus omnibus et singulis piscariam in dicto fluvio, extendentem se a molendino inferiore usque ad pontem et unam aream sitam *under dem frithove*,

cui ius taberne ab antiquo noscitur esse annexum, quàm inhabitat Cûnradus dictus Ernfrît, quam piscariam et aream a nobilibus viris de Gundolvingen, videlicet Swiggero dicto *der Lange*, Cunrado, Berhtoldo militibus, Swiggero dicto *der Burger* et Hainrico in feodum hactenus tenuimus et possedimus, prefatis de Salem vendidimus, nec ius proprietatis earum de manibus predictorum dominorum nostrorum adhuc liberavimus, promisimus et tenore presentium promittimus fide data nomine iuramenti, quod cum primum poterimus iam dictam piscariam et aream de manibus supradictorum dominorum nostrorum liberabimus et in ipsos de Salem ipsorumque monasterium transferri procurabimus pleno iure, hoc adiecto, quod dicti abbas et conventus de prescripta summa argenti residuas quatuor marcas sibi retinere debent et nichilominus in possessione memorate piscarie ac aree permanere, donec ius proprietatis earundem per nos suo monasterio fuerit acquisitum. Renuntiamus igitur pro nobis nostrisque heredibus universis omni actioni, impetitioni, defensionis non adhibite sollempnitatis, exceptioni non numerate pecunie, non tradite, non solute, beneficio restitutionis in integrum, omni consuetudini loci et patrie et generaliter ac specialiter omnibus, per que dictus contractus posset in posterum quovis ingenio violari, obligantes nos insuper ad prestandum warandiam de premissis quotienscunque, ubicunque, coram quocunque iudice a prefatis de Salem fuerimus requisiti. Et in evidentiam premissorum ipsorumque incommutabilem firmitatem presentem literam nostris sigillis eisdem de Salem porreximus communitam. Actum in Salem anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> nonagesimo nono, XIX<sup>o</sup> kalendas februarii, subnotatis testibus presentibus et ad hoc vocatis, videlicet Hainrico, ministro in Phvllendorf, milite, Hermanno, filio suo, et Alberto de Ertingen, servo eiusdem ministri, Rûperto priore, Eberhardo de Stekboron, Alberto pistore, Dietrico de Bermetingen, Cûnrado, medio cellerario et Dietrico de Núfron, fratribus monachis in Salem aliisque pluribus fidedignis.

Perg. Or. im kgl. Regierungsarchiv in Sigmaringen. Salemer Hand. An Pergamentstreifen 2 Siegel aus Malta: 1. des Rûdeger von Magenbuch, dreieckschildförmig, 45:37 mm, IV A 2, nach rechts gekehrter Widder-rumpf, Umschrift: † sigillvm. rvdegeri. de. magenbûch. — 2. des Rudolf von Magenbuch, rund, 30 mm, IV B 1, im Siegelfelde Helm mit Kleinod,

ein mit Federn besteckter Ball. Umschrift: † s. r̃dolf. d. magenb̃ch.  
Rückseiten: je 1 Daumeneindruck. Cod. Sal. II, 338 No. CCCXX.

1299. Jan. 15. Heiligenberg. Hugo comes de Werdenberg et de Sancto Monte überträgt das Eigenthumsrecht der Besitzungen in Habertsweiler (Habrestwiler), welche Hainricus, filius quondam Hainrici militis de Nûfron, von ihm zu Lehen trug und um 35 Mark Silber an das Kloster Salem verkaufte, an dieses Kloster, nachdem derselbe auf die genannten Besitzungen verzichtet und ihm dafür nachstehende gleichwerthige Güter zu Lehen aufgetragen hatte: curia dicta in der Hûrwi in Zusdorf, quam excolit Bur(cardus) dictus Öwer, curia dicta in der Hûrwi, quam colit Cûnradius dictus Bok, curia Hermannii dicti Bûrrer et curia Johannis dicti Bok site ibidem. Actum in Sancto Monte anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> nonagesimo nono, XVIII. kalendas februarii, subnotatis testibus presentibus et ad hoc vocatis, videlicet strennuis dominis Johanne de Bodmen, Hainrico de Sigeberg, Ortolfo de Hasenwiler, militibus, Jacobo de Dornbûrron, fratre Dietrico de Nûfron, monacho in Salem, aliisque pluribus fidedignis. 999.

Perg. Or. Salemer Hand. An Pergamentstreifen 2 Siegel aus Malta: des Ausstellers wie an No. 986 und des Heinrich von Neufnach wie an No. 995. Cod. Sal. II, 331 No. CCCXII. Reg. Ztschr. 3, 250.

1299. Jan. 23. Ertingen. Jan. 26. Konstanz. . . Commendator provincialis fratrum theutonicorum ordinis hospitalis sancte Marie Iherosolimitane beurkundet, dass er nachstehenden Brief gesehen und geprüft habe: Egno, commendator, nec non fratres universi domus fratrum in Alshusen, Constanciensis dyocesis, ordinis hospitalis sancte Marie Iherosolimitane verkaufen alle ihre Besitzungen in Ertingen und Heghain mit der Vogtei und aller Zugehör um 90 Mark Silber an das Kloster Salem. Actum apud Ertingen anno domini M<sup>o</sup> CCXC<sup>o</sup> VIII<sup>o</sup>, X. kalendas februarii, subnotatis testibus presentibus et ad hoc vocatis, videlicet fratre Hilteboldo de Alshusen, R. de Yttenrivti, Ludwico dicto Grivli, Livtrammo de Ertingen, Ber(toldo) et Walkone dictis Mûrzel, C. dicto Ortlieb, H. dicto G̃vtiar, C. dicto Schihtink, Alberto pistore, C. medio cellerario, Dietrico de Nivfron, fratribus monachis in Salem, Gerungo et Wetzlone, conversis ibidem, aliisque pluribus fidedignis.

Consumatum vero apud Constanciam anno predicto, VII. kalendas februarii, presentibus H. cellerario maiore, Dietrico de Bermatingen, Jo(hanne) de Solodoro, monachis in Salem. Bischof Heinrich von Konstanz bestätigt diesen Verkauf und hängt sein Siegel neben das des Hauses von Altshausen an die Urkunde. Der commendator provincialis bestätigt den obigen Verkauf als im Interesse des Hauses Altshausen und des Ordens gelegen und bekräftigt diese seine Ratification durch Anhängen seines Siegels (quo in tractatibus et negociis ordinis uti consuevimus). 1000.

Cod. Sal. II, 325 No. CCCVI. Die Bestätigung seitens des commendator provincialis ist ohne Ausstellungsort und Datum. Vgl. No. 1002.

1299. Febr. 6. Konstanz. Der Official des Hofes von Konstanz beurkundet ein Uebereinkommen zwischen dem Kloster Salem und dem Konrad Mozo von Memmingen, betr. dem Kloster verschriebene Güter in Memmingen. 1001.

. . Officialis curie Constantiensis omnibus presentium inspectoribus salutem cum notitia subscriptorum. Noverint universi presentium inspectores, quod constitutus coram nobis proxima feria || sexta post festum purificationis beate Marie virginis Conradus dictus Mozo de Mämmingen, Augustensis dyocesis, consentiens in nostram iurisdictionem ac asserens, in deposito se ha||buisse centum et octo marcas argenti ponderis Constantiensis apud dilectos in Christo abbatem et conventum monasterii de Salem, ordinis Cysterciensis, quod et ipsi confitebantur, et || idem Cünradus confessus fuerat publice, se dedisse predicto monasterio prefatum argentum unâ cum domo sita in Mämmingen, que dicitur *des Mozenhûs*, cum tota area post ipsam domum, quam inhabitare debet prefatus Cünradus pro tempore vite sue, et curia dicta *Volkmanzhouen* ac Adilhaidi, uxore Cünradi dicti Hüber, coloni curie predictæ, cum liberis suis natis et nascituris, et de novo tradidit et donavit, adhibitis in omnibus supradictis quibuslibet verborum ac gestuum sollempnitatibus debitis et consuetis. Promiserunt etiam coram nobis procuratores dicti . . abbatis et conventus, restituere eidem Cünrado ex liberalitate et in recompensam dicte donationis quadraginta marcas argenti ponderis Constantiensis ac restituerunt. Promisit nichilominus predictus Cünradus, non contrafacere predicta et quidlibet predictorum bona fide ratum habere, decernens irritum et inane, si per se seu per alium

nomine ipsius verbo vel facto aliquid in contrarium fuerit attemptatum. In cuius rei testimonium nos . . officialis predictus ad petitionem predictorum . . abbatis et conventus monasterii de Salem necnon supradicti Cûnradi Mozonis sigillum curie nostre predictae presentibus duximus appendendum. Datum et actum Constantie anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XC<sup>o</sup> nono, dicto die, presentibus et ad hoc inductis testibus infra scriptis, videlicet Hainrico cellerario et Burcardo dicto *ze Burgetor*, fratribus monachis monasterii predicti in Salem, magistro Johanne dicto Pfefferhart et domino Hermanno de Bÿchhorn, canonicis ecclesie sancti Stephani Constantiensis, Hainrico dicto Vlo et Cûnrado dicto Äppishuser, clericis de Constantia, Hermanno dicto Bösche, cive Constantiensi, et Cûnrado dicto Rôte, cive in Mâmmingen, et aliis pluribus fidedignis, indictione XII<sup>a</sup>.

Perg. Or. Hand des Konstanzer Officialats. Am Pergamentstreifen das bekannte Siegel des Officials aus Malta. Daumeneindruck. Cod. Sal. IV, 93 No. CXXV.

1299. Febr. 22. Ertingen. C. de Landöwe comes überträgt um 17 Mark Silber dem Comthur und den Brüdern des Deutschordenshauses zu Altshausen (Alshusen) die ihm zustehende Vogtei über die Güter des Ordens in Ertingen und Hegehain, welche dieser von Cûnradius de Heghain erworben. Datum et actum apud Ertingen, anno domini CC<sup>o</sup> XC<sup>o</sup> IX<sup>o</sup>, in die beati Vincentii martiris, presentibus testibus infra scriptis, videlicet honorandis viris Egenone commendatore et fratre Hilteboldo domus in Alshusen, H. vicario in Ertingen, R. de Hittenrivti, Ludwico Grivli, Livtrammo de Ertingen, Walkone et B. dictis Murzel, C. Ortliep, H. Gÿtiar, C. Dietolf, C. Schihting, C. Krÿgeli, H. fratre suo, H. dicto Butze, fratre C. medio cellerario, fratre Alberto pistore, monachis in Salem, fratre Gerungo et fratre Wetzlone, conversis ibidem, aliisque pluribus fidedignis. 1002.

Cod. Sal. II, 327 No. CCCVII. Vgl. No. 1000.

1299. Febr. 23. Salem. Rudolf von Hausen vermacht dem Kloster Salem testamentarisch seine ganze fahrende Habe. 1008.

In nomine domini amen. Ego Rûdolfus de Hûsen in presenti seminare cupiens, quod metere valeam in futuro, meum || secundum formam subscriptam condo et ordino testamentum.

Volo igitur et testando ordino, ut omnes res mee mobiles, || in quacumque materia consistent, numero, pondere vel mensura, post mortem meam, ubicumque decedere me continget, venerabilibus || in Christo . . abbati et conventui monasterii de Salem ob specialem devocionem, quam ad eosdem habeo et habui, et ob fervorem religionis, que ibidem noscitur hactenus viguisse, pro salute anime mee meorumque progenitorum integraliter presententur. Et in signum dicte ordinationis testamentarie promitto, eisdem de Salem in festo purificationis beate virginis unum fertonem cere annis singulis me daturum. Et quia voluntas hominis ambulatoria est, reservo michi auctoritatem dictam ordinationem revocandi in toto vel in parte vel etiam in loca alia vel personas transferendi, ita tamen, quod si ego dictam ordinationem testamentariam revocare, minuire, augmentare in toto vel in parte vel etiam in alias personas vel loca transferre voluero, talis revocatio, diminutio, augmentatio vel etiam translatio in toto vel in parte per me facta, nisi per scriptum sigillo meo fuerit roborata, nullum robur obtineat firmitatis. In evidenciam igitur dicte ordinationis presentem litteram eisdem de Salem meo sigillo tradidi communitam. Actum et datum in Salem, anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XC<sup>o</sup> nono, septimo kalendas marcii, presentibus hiis testibus et ad hoc vocatis, videlicet honorando viro Cûnrado plebano de Teggenhûsen, Rûdolfo dicto Eggehart, Dietrico de Zvsdorf, Cûnrado dicto Grâwe, Berhtoldo dicto Schvzze, fratre Dietrico, monacho in Salem, dicto de Nûfron, fratre Hermanno dicto de Rôtenberg, converso ibidem, aliisque pluribus fidedignis.

Perg. Or. Salemer Hand. Befestigt wie an No. 432, das Siegel des Ausstellers aus Malta, rund, 40 mm, IV A 2, im Dreieckschild auf 3 Bergen ein Steinbock. Umschrift: † s. rûdolf. de. hvsen. Rückseite erhöht mit 3 wagrechten Einschnitten.

1299. Febr. 26. Salem. Swiggerus nobilis de Teggenhusen übergibt das Eigenthumsrecht des Hofes in Sælgunstat, welchen Rudolfus dictus Græmelich von ihm seither zu Lehen trug, an das Kloster Salem. Datum in Salem anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XCIX<sup>o</sup>, IIII<sup>o</sup>. kalendas marcii, indictione XII<sup>a</sup>, presentibus testibus infrascriptis, videlicet reverendo domino . . abbate dicti monasterii, fratre Rûperto priore, fratre Dietrico de Bermatingen seniore, fratre Dietrico de Nivfron aliisque pluribus fidedignis.

1004.

Perg. Or. Salemer Hand. Am Pergamentstreifen das Siegel des Ausstellers aus Malta wie an No. 621. Daumeneindruck. Cod. Sal. II, 330 No. CCCXII.

1299. März 13. Mengen. Anshelmus senior de Justingen et Anshelmus, filius suus, übergeben das Eigenthumsrecht der Renterswiese und eines daran stossenden Stückes Land dem seither damit von ihnen belehnten Bürger von Mengen, Burkard Hüter. Dat. et actum in Mængen anno dom. M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XCIX<sup>o</sup>, III. idus marcii, indictione XII<sup>a</sup>, coram domino Eber(hardo) milite de Rosenöwe, domino Ber(toldo) milite de Eberharts-willer, Ber(toldo) et Cānrado dictis Lōcheler, Hert(manno) dicto Hunvbel seniore, astantibus aliis pluribus fidedignis.

1005.

Cod. Sal. II, 357 No. CCCXLII. Vielleicht ist dies die später unter dem Namen „Münchbriewiese“ vorkommende, dem Kloster Salem gehörige Wiese bei Mengen.

1299. März 19. Konstanz. König Albrecht I. bestätigt die inserierten Privilegien Friedrichs II. und Heinrichs (VII.) für das Kloster Salem.

1006.

Albertus<sup>1</sup>, dei gratia Romanorum rex semper augustus. Universis sacri Romani imperii fidelibus presentes literas inspecturis imperpetuum. Veniens ad nostre maiestatis presentiam honorabilis et religiosus vir . . abbas monasterii de || Salem nobis humiliter supplicavit, quod nos privilegia clare recordationis Friderici, regis Sycilie, ducatus Apulie et principatus Capue, et Friderici secundi, Romanorum regis et Sycilie, ac Heinrici, et Heinrici septimi regum Romanorum, || illustrium predecessorum nostrorum sibi et monasterio suo tradita et concessa confirmare, approbare et innovare de benignitate regia dignaremur. Quorum privilegiorum tenor talis est. (Folgen die Urkunden König Friedrichs von Sicilien d. d. 1210 Januar, Catania oben No. 75. — König Friedrichs II. d. d. 1213 März 31 Konstanz, oben No. 84. — König Heinrichs (VII.) d. d. 1231 Aug. 9 Nürnberg, oben No. 172. — König Heinrichs (VII.) d. d. 1222 Dez. 10 Ueberlingen, oben No. 134.) Nos vero, predicti abbatis precibus favorabiliter inclinati, suprascripta privilegia de verbo ad verbum ex benignitate regia confirmamus, approbamus, innovamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis, approbationis et

<sup>1</sup> Reich verzierte Initiale.

innovationis infringere, vel ei in aliquo ausu temerario contraire. Quod qui fecerit, gravem nostre maiestatis offensam se noverit incurrisse. Testes huius rei sunt venerabiles Constantiensis, Brixinensis et electus Curiensis episcopi, spectabiles viri comes Hugo de Werdenberch, comes Rudolfus de Monte Forti et frater eius Hugo, comes Ūlricus de Schelchelingen, comes Johannes de Cabilone, strennui viri Ūlricus et Marquardus fratres de Schellenberch, Ūlricus et Albertus fratres de Chlingenberch et quamplures alii fidedigni. **Signum domni Alberti Romanorum regis invictissimi (Monogramm).** In cuius rei testimonium presens scriptum exinde conscribi et nostre maiestatis sigillo iussimus communiri. Datum apud Constantiam XIII<sup>o</sup> kalendas aprilis, indictione XII<sup>a</sup>, anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> nonagesimo nono, regni vero nostri anno primo.

Perg. Or. An roth und grünem Seidenstrang das Thronsigel König Albrechts I. (Heffner Taf. VIII No. 66). Rückseite: 3 tiefe Eindrücke.

1299. März 20. Konstanz. König Albrecht I. bestätigt die inserierten Privilegien Kaiser Friedrichs II. und der Könige Philipp, Heinrich (VII.) und Konrad für das Kloster Salem. 1007.

Albertus<sup>1</sup>, dei gratia Romanorum rex semper augustus. Universis sacri Romani imperii fidelibus presentes literas inspecturis imperpetuum. Accedens nostre maiestatis presentiam honorabilis et religiosus vir . . abbas monasterii || de Salem, Cysterciensis ordinis, celsitudini nostre humiliter supplicavit, quod nos privilegia dive memorie domini Friderici, imperatoris et regis Sicilie, Philippi et Heinrichi, regum Romanorum, et Conradi, in regem Romanorum electi, || filii predicti domini Friderici, predecessorum nostrorum illustrium, sibi et monasterio suo pie tradita et concessa confirmare, approbare et innovare de benignitate regia dignaremur, quorum privilegiorum tenor inferius declaratur. (Folgen die Urkunden Kaiser Friedrichs II. d. d. 1233 Febr. Canossa, oben No. 174, — König Philipps d. d. (1200) März 29. Ulm, oben No. 69, — dort „vor 1208“ eingereiht, vgl. indess Böhmer-Ficker, Reg. V No. 44, — König Heinrichs (VII.) d. d. 1224 Jan. 23 Ulm, oben No. 136, — desselben d. d. 1229 Oct. 23. Ueberlingen, oben No. 17a, — König Konrads IV. d. d. 1241 Oct. 6, oben No. 223). Nos vero, predicti abbatis precibus favorabiliter inclinati, suprascripta privilegia de verbo ad verbum ex benignitate regia confirmamus, approbamus, innovamus et presentis scripti patrocinio com-

<sup>1</sup> Reich verzierte Initiale.

munimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis, approbationis et innovationis infringere, vel ei in aliquo ausu temerario contraire. Quod qui fecerit, gravem nostre maiestatis offensam se noverit incurrisse. Testes huius rei sunt: venerabiles Heinricus Constantiensis, Landolfus Brixinensis et Sifridus electus Curiensis episcopi, spectabiles viri comites Hugo de Werdenberch, Rudolfus de Monte Forti et frater eius Hugo, Ulricus de Schelchelinge, Johannes de Cabilone, strennui viri Ulricus et Marquardus fratres de Schellenberch, Ulricus et Albertus fratres de Chlingenberch et quamplures alii fidedigni. **Signum domini Alberti Romanorum regis invictissimi.** (Monogramm.) In cuius rei testimonium presens scriptum exinde conscribi et nostre maiestatis sigillo iussimus communiri. Datum apud Constantiam XIII. kalendas aprilis, indictione duodecima, anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> nonagesimo nono, regni vero nostro anno primo.

Perg. Or. Besiegelt wie No. 1004. Siegel leicht beschädigt.

1299. März 21. Konstanz. König Albrecht I. bestätigt dem Kloster Salem die Urkunde König Rudolfs I. betr. die Verträge des Klosters mit den Grafen von Heiligenberg. 1008.

Albertus, dei gratia Romanorum rex semper augustus. Universis sacri Romani imperii fidelibus presentes literas inspecturis gratiam suam et omne bonum. || Accedens nostre maiestatis presentiam venerabilis . . abbas monasterii de Salem, devotus noster dilectus, nostro culmini humiliter supplicavit, quod nos quendam contractum inter ipsum et monasterium suum ex unâ et nobiles viros comites de Sancto Monte ex alterâ parte initos et per felicis recordationis dominum Rudolphum, inclitum regem Romanorum, genitorem nostrum karissimum, confirmatos approbare, innovare et confirmare de benignitate regia dignaremur. Cuius contractus tenor talis est. (Folgt die Urkunde König Rudolfs I. d. d. 1274 [Nov. od. Dez.] o. T. Nürnberg, oben No. 526.) Nos vero, predicti abbatis partibus favorabiliter inclinati, suprascriptum contractum, prout de verbo ad verbum superius est expressus, ex innata nobis clementia approbamus, innovamus, confirmamus et presentis scripti patrocinio roboramus. In cuius rei testimonium presens scriptum conscribi et nostre maiestatis sigillo iussimus communiri. Datum apud Constantiam XII<sup>o</sup> kalendas aprilis, indictione duo-

decima, anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> nonagesimo nono, regni vero nostri anno primo.

Perg. Or. Besiegelt wie No. 1004. Cod. Sal. IV, 417 No. CCCC.

1299. März 21. Konstanz. König Albrecht I. bestätigt und erneuert dem Kloster Salem alle demselben von seinen Vorgängern verliehenen Privilegien. 1009.

Albertus, dei gratia Romanorum rex semper augustus. Universis sacri Romani imperii fidelibus presentes literas inspecturis || gratiam suam et omne bonum. In excellenti specula regie maiestatis ordinacione divina feliciter constituti ad pro||spiciendum utilitati fidelium, prospicacitatem oculorum longe lateque diffundimus regularium personarum indempnitatibus || precavendo precique religiosorumque locorum commoditatibus iugiter intendendo, ut, per lubricum huius vite transcursum salubriter transeuntes, eterne beatitudinis premia consequamur. Noverit igitur presens etas et successura posteritas, quod cum venerandum cunctis monasterium de Salem, Cisterciensis ordinis, discipline monastice luminositate preradians, sit ab inclite recordationis imperatoribus et regibus Romanorum, nostris predecessoribus, amplis privilegiorum, libertatum et iurium munificentis insignitum, nos, eorundem predecessorum nostrorum vestigiis inherentes, qui monasterium ipsum auxerunt honoribus et favoribus ampliarunt, attendentesque sincere devotionis et fidei puritatem, qua dilecti devoti nostri, . . abbas et conventus eiusdem monasterii, nostre celsitudinis gratiam indesinentius amplectuntur, predicto monasterio, abbati et fratribus ibidem deo famulantibus, omnes concessionem, privilegia, gratias, libertates et jura, prout ipsis a predictis nostris antecessoribus rite, pie ac provide sunt concessa, approbamus, innovamus, confirmamus et de benignitate regia presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostre approbationis, innovationis et confirmationis infringere, vel ei in aliquo ausu temerario contraire. Quod qui fecerit, gravem nostre maiestatis offensam se noverit incurrisse. In cuius rei testimonium presens scriptum conscribi et nostre maiestatis sigillo fecimus communiri. Datum apud Constantiam XII<sup>o</sup> kalendas aprilis, indictione XII<sup>a</sup>, anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> nonagesimo nono, regni vero nostri anno primo.

Perg. Or. Besiegelt wie No. 1004. Cod. Sal. IV, 415 No. CCCXCVIII.

1299. Apr. 9. Buchau. . . Abatissa et conventus monasterii Bûchaugiensis, ordinis sancti Augustini, Constanciensis dyocesis, überlassen alle Besitzungen weiland des C. von Heghain in Ertingen und Heghain, welche seither von ihnen der Comenthur und die Brüder des Deutschordenshauses zu Alts-  
hausen gegen einen Jahreszins von 1 Pfund Pfeffer inne hatten und nunmehr an das Kloster Salem verkauften, gegen Ent-  
richtung des gleichen an Martini fälligen Zinses an das ge-  
nannte Kloster. Actum et datum in monasterio nostro pre-  
dicto, anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XCVIII<sup>o</sup>, V. idus aprilis, presenti-  
bus testibus infra scriptis, videlicet H. dicto Græter, monacho  
in Salem, et fratre H. dicto Vesper, converso eiusdem mona-  
sterii, Sigeboto canonico memorati nostri monasterii Bûchau-  
giensis, et Cûnrado, rectore ecclesie in Canza, aliisque pluri-  
bus fidedignis.

1010.

Cod. Sal. II, 330 No. CCCX.

1299. Apr. 28. Konstanz. Der Official des Hofes zu  
Konstanz beurkundet, dass vor ihm (coram nobis in forma  
iudicii constituta) Adelhaid, die Witwe des H. Manzelle von  
Leimbach (Lainbach) auf ihre Rechte an Besitzungen in Unter-  
Leimbach (in inferiori Lainbach) — extendentes se ad culturam  
unius bovis —, welche ihr verstorbener Ehemann von H. Sidin,  
Bürger zu Markdorf, um 8 Pfund weniger 5 Schilling Kon-  
stanzer Pfennig erkaufte hatte, um ihres und ihres Mannes Seelen-  
heils willen zu Gunsten des Klosters Salem verzichtet habe,  
jedoch unter Vorbehalt lebenslänglicher Nutzniessung gegen  
Entrichtung eines auf Martini fälligen Jahreszinses von  $\frac{1}{2}$  Pfund  
Wachs. Dat. Constancie et actum anno dom. M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XCVIII<sup>o</sup>.  
IIII. kalendas maii, indictione XII<sup>a</sup>.

1011.

Perg. Or. Konstanzer Officialatshand. Siegel des Ausstellers bekannt,  
befestigt wie an No. 432. Daumeneindruck. Cod. Sal. II, 334 No. CCCXIV.

1299. Mai 1. Kirchheim. Herzog Hermann von Teck verkauft  
an das Kloster Salem alle seine Besitzungen in Steinbach, ausgenommen  
die Fischenz in der Vils.

1012.

Universis hanc litteram inspecturis Hermannus dux de  
Tekke noticiam rei geste. Ut contractus bone fidei, rite ac  
legittime celebrati, in suo robore perseverent, expedit, ut lite-  
rarum iudiciis et dictis testium tenaci et incommutabili me-  
morie commendentur. Eapropter presentes noverint et futuri,

quod cum nos oppressi essemus oneribus debitorum, nec ab illis nisi per distractionem rerum nostrarum possemus aliquanter liberari, possessiones nostras universas sitas in Stainbach iure nobis proprietario pertinentes empcioni decrevimus exponendas, et cum inter alios ad empcionem procedere volentes honorabiles in Christo . . abbas et conventus monasterii de Salem, ordinis Cysterciensis, Constanciensis dyocesis, utilius nobis et melius precium obtulissent, possessiones easdem in Stainbach omnes et singulas nobis pertinentes cum iure patronatus ecclesie in Stainbach ipsis possessionibus annexo et curia dicta *Vritaghove* et hominibus subnotatis, iure nobis proprietario pertinentibus, videlicet H. dicto Gerloch, Diemūt et Judela, sororibus ipsius, Gerloch, fratruele eorundem, et Cūrado, villico curie dicte *Vritaghove* supradicte, ac hominibus universis, iure nobis advocatio et ecclesie in Kilchain [341] iure proprietario pertinentibus et tempore dicto<sup>1</sup> in Stainbach residentibus ac aliis attinentiis universis, agris videlicet cultis et incultis, pratis, pascuis, silvis, virgultis, nemoribus, uno dicto *Snait*, altero dicto *Birkach*, et aliis, si qua nobis specialiter ibidem pertinebant, ac aliis ibidem ville seu oppido in Stainbach attinentibus, viis, inviis, aquis, aqueductibus, agris sitis prope Blochingen in ulteriori parte fluvii dicti *Vilse* et citra et pratis ibidem et in ulteriori parte dicti fluvii sitis cum paludibus dictis *Altahe* iam vel in posterum in eisdem pratis existentibus, que navigio attingi non possunt, et nobis pertinentibus, que quidem prata et agros homines ville in Blochingen a nobis tenuerunt et coluerunt, ac aliis iuribus universis, bannis, iurisdictionibus, iure, quod dicitur *ehafti*, ac aliis intus et extra tacitis et expressis eisdem possessionibus in Stainbach et curie prenotate pertinentibus pro mille octingentis marcis librarum hallensium, quorum mille iam nos recepisse et in utilitatem nostram evidentem, videlicet in exonerationem debitorum nostrorum, convertisse, reliquas octingentas libras nobis deberi secundum conductum cum eisdem de Salem in festo beati Johannis baptiste proximo venturo profiteamur et recognoscimus, iusto vendicionis titulo de consensu omnium, quorum intererat, vendidimus, tradidimus et donavimus, ab ipsis ipsorumque monasterio cum omnibus suis attinentiis, ut premissum est, et iuribus tam corporalibus,

<sup>1</sup> Cod. Sal. hat dicti.

quam incorporalibus iure proprietatis libere et quiete possidendas sine cuiusvis obice contradictionis, adhibitis per nos in premissis omnibus et singulis verbis<sup>1</sup> ac sollempnitatibus debitis et consuetis. Renunciamus igitur pro nobis nostrisque heredibus universis circa omnia premissa et quodlibet ex eisdem omni actioni, impetitioni, exceptioni non numerate pecunie, non tradite non solute, beneficio restitutionis in integrum, omni auxilio legum et canonum, omni consuetudini loci et patrie et generaliter ac specialiter omnibus, per que dictus contractus posset in posterum quovis ingenio violari. Et ad prestandum warandiam de omnibus et singulis premissis et subeundum omne periculum evictionis omneque dampnum et interesse, si qua prefatis de Salem ex dicto contractu imminerent, in quantum de iure subire debemus, nos nostrosque heredes unâ cum filio nostro Ludwico obligamus per presentes. Excepimus tamen et reservavimus nobis piscinas in fluvio dicto *Vilse*. Et in evidenciam omnium premissorum ipsorumque incommutabilem firmitatem presens instrumentum eisdem de Salem nostro sigillo tradidimus communitum. Ego Ludwicus dux de Tekke iunior omnia [342] et singula premissa vera esse profiteor et de consensu meo pleno et expresso facta. Et ad exequendum ea, in quantum me contingunt, me obligo per presentes iuramento prestito corporali, et quia sigillo proprio non utor, sigillo patris mei predicti usus sum in testimonium omnium premissorum. Actum in Kilchain anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XC<sup>o</sup> IX<sup>o</sup>, kalendas maii, indictione XII, subnotatis testibus presentibus et ad hoc vocatis, videlicet nobili viro Cûnrado comite de Landöwe, honorabili viro magistro Ūl(rico) notario, canonico sancti Mauricii Augustensis, viris strennuis Marquardo de Lichtnegge, Wolframmo dicto Hôhschlizze, militibus, Marquardo capitaneo et H. Stainbîz, Rûperto et Rûdgero Rûperto fratribus, Walt(ero) de Rindbach, civibus in Ezzelingen, ac nobili viro Cûnrado duce juniore de Tekke, Marquardo dicto Kæner, Eber(hardo) de Schambach, Dîepoldo de Kilchain, fratre Dietrico de Bermatingen, C. medio cellerario, Dietrico de Nivfron, monachis in Salem, fratre Ber(toldo), provisoro domus in Ezzelingen, aliisque pluribus fidedignis.

Cod. Sal. II, 340 No. CCCXXII. Reg. Ztschr. 3, 251.

<sup>1</sup> Cod. Sal. hat verborum.

1299. Juli 14. Konstanz. Der Decan Heinrich, Kirchherr zu Kirchheim, übergibt, gegen eine ihm von den Kirchenpatronen, den Herzogen von Teck, zugewiesene Entschädigung, dem Kloster Salem genannte Eigenleute seiner Kirche zu Steinbach. 1013.

Universis hanc literam inspecturis Hainricus decanus, rector ecclesie in Kirchain, fidem presentibus adhibere. Quoniam humana memoria labilis et infirma rerum trabe (?) non sufficit, sed antiqua cottidie recentibus obruuntur, expedit, ut tractatus habiti studio caritatis literarumque indiciis et dictis testium tenaci et incommutabili memorie commendentur. Noverint igitur tam posteri quam presentes, quod ego, condicionem ecclesie mee predictae cupiens facere meliorem, homines subnotatos utriusque sexus, eidem ecclesie iure proprietatis seu censuali et nobili viro Hermannno duci de Teke iure advocaticio pertinentes et in opido Stainbach residentes, videlicet R. dictum Raideler et uxorem eius Mæthildim, Liutgardim dictam Birerin, Albertum dictum der Kotteler, Adelhaidim, uxorem eiusdem, Wal, Erwigum et Albertum, filios Waltheri dicti Kotteler ac sorores ipsorum, Adelhaidim relictam dictam Hivrrerin, R. dictum Schütze ac uxorem ipsius Mæthildim, Wal dictum Koteler, Cûn dictum Burger et uxorem eiusdem Irmen[355]gardim, Cristinam et liberos ipsius, Albertum dictum Hegelli et uxorem eiusdem Adelhaidim, Yrmengardim, uxorem C. sutoris, et liberos ipsius ac Marquardum fratrem eiusdem, Liutgardim relictam dictam Livzzin cum liberis eiusdem, Hedewigim de Nidelingen et liberos ipsius ac sororem eiusdem Liutgardim, Eber(hardum), filium Bur(cardi) et Adelhaidim, uxorem eiusdem, Ber(toldum) dictum Gôtze et Hedewigim, uxorem eiusdem ac liberos, Renzem pastorem et uxorem ipsius ac liberos, Mehthildim dictam Sivterin cum liberis eiusdem, C. dictum Grivbe et Mæthildim, uxorem eiusdem, Eber(hardum) Kapphenhard et Hiltrudim, uxorem eiusdem, H. sacristam et Agnem sororem ipsius, Germût dictam Sînerin, liberos C. dicti Eggehard cum omni prole ipsorum omnium genita et in Stainbach tunc existente vel etiam in posterum gignenda, ubicumque extiterit, in honorabiles in Christo abbatem et conventum monasterii de Salem, ordinis Cysterciensis, Constantiensis dyocesis, de consensu et approbatione reverendi in Christo patris ac domini H(ainrici), dei gratia Constantiensis episcopi, et nobilium virorum, domini H(ermann) ducis

de Tekke prenotati, Symonis, Cūnradi, Ludwici et Friderici, fratrum, patruelium eiusdem, patronorum ecclesie in Kilchain predictae, nomine permutacionis transtuli et transfero eo iure, quo ecclesie mee predictae et mihi pertinebant, de consensu etiam ipsorum hominum omnium, inperpetuum quiete et pacifice possidendos, facta mihi et ecclesie mee sepredictae recompensacionem per prefatum nobilem Her(mannum) de Tekke ducem cum redditibus trium librarum, unius videlicet comparati pro Kraft dicto Kener, que dari debet de molendino ipsius et agro prope Wangen sito inter duas stratas, in loco dicto *under Schüttengranshalden*, alterius comparate pro ministro dicto Grivlich, que dari debet de sex iugeribus agrorum *uf Hungerberg*, tercie vero comparate pro C. dicto Hopphe-rebe, que dari debet de vivario ipsius et prato eidem contiguo, quos idem nobilis iure proprietatis in ecclesiam eandem transtulit et qui utiliores mihi et ecclesie sunt et possunt esse quam homines supradicti hactenus fuerint vel fore possent in posterum, C. dicto Trübe, R. dicto Schivtze et Walthero dicto Kotelær, hominibus ecclesie mee prenotate, per sacramentum dicentibus, taliter se habere et ecclesiam ipsam per predictam permutacionem melioratam et nullatenus fore lesam. Renuncio igitur pro me et ecclesia in Kilchain meisque, qui pro tempore fiunt, successoribus omni actioni, impeticioni, beneficio restitutionis in integrum, defensionis non adhibite sollempnitatis, excepcioni doli per obiectum decepcionis ultra dimidium iusti precii, literis a sede apostolica vel aliunde impetratis vel inposterum impetrandis et generaliter ac specialiter omnibus, per que dicta permutacio posset inposterum quovis ingenio violari, adhibitis per me in premissis verborum ac gestuum sollempnitatibus debitis et consweticis. In cuius facti evidenciam presentem literam sigillis reverendi patris ac domini H(ainrici), dei gracia Constantiensis episcopi prenotati, nobilium virorum dominorum meorum predictorum de Teke ac meo eisdem de Salem tradidi communitam. Actum Constancie anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XC<sup>o</sup> IX, pridie idus julii, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet honorandis viris Hainrico preposito de Fivrendöwe, magistro H. Pfefferhardo, H. de Altorf, Jo(hanne) dicto Swerteli, Jo(hanne) dicto Stengger, Wernhero dicto Rogwiller, H. dicto Mutschelle, civibus Constanciensibus, Dietrico de Bermatingen, Bur(cardo) de Bivrgtor,

fratribus monachis in Salem, C. dicto Âpishuser, clerico et aliis fidedignis. Nos H(ainricus), dei gracia Constanciensis episcopus, quia predictam permutacionem [356] pro utilitate ecclesie in Kilchain nobis constat esse factam, ipsam ad petitionem parcium auctoritate ordinaria ratificamus, approbamus, confirmamus et presentis scripti patrocinio comunimus. Nos H(ermannus) dux de Teke, omnia et singula premissa vera esse profitentes et per nos facta, sigillum nostrum huic appendimus instrumento. Nos quoque Symon dux de Tekke prenotatus sigillum nostrum, quo et nos Cunzo, Ludwicus et Fridericus, fratres ipsius predicti, in hoc facto utimur, quod omnia et singula premissa vera esse profiteamur et per nos facta, presentibus appendimus in testimonium eorundem.

Cod. Sal. II, 354 No. CCCXXXIX.

1299. Aug. 30. Rottweil. König Albrecht I. theilt den Städten Ueberlingen, Ravensburg, Pfullendorf, Saulgau, Mengen und Aach mit, dass er Abt und Convent von Salem in seinen besondern Schutz genommen habe und befiehlt ihnen, dieselben gegen etwaige Widersacher zu schirmen.

1014.

Albertus, dei gratia Romanorum rex semper augustus. Strennuis ac prudentibus viris in Vberlingen, || Ravenspurch, Phullendorf, Sulgen, Meingen et in Aha advocatis, officiatis, scultetis, ministris, con||sulibus, scabinis ac civibus universis, fidelibus suis dilectis, gratiam suam et omne bonum. Equitatis vigor || expostulat et ordo suggerit rationis, ut eum in membris suis specialiter honoremus, qui nostris non exigentibus meritis regali solio nos prefecit, in hoc videlicet, ut defensionis presidio cunctas personas ecclesiasticas, religiosas et monasticas foveamus. Eapropter universis et singulis vobis mandamus et precipimus auctoritate regia per presentes, quatenus honorabilem ac religiosum virum . . abbatem et conventum monasterii in Salmanswiler, quos propter celebis vite sue fragranciam, quam longe lateque diffundunt, preclara per opera sanctitatis sincero favore prosequimur, quosque cum personis, possessionibus, grangiis et rebus omnibus necnon hominibus ipsi monasterio attinentibus in nostram et sacri imperii protectionem et tutelam recipimus specialem, tamquam vestros concives, ac si in quolibet opidorum vestrorum predictorum jus civile haberent auctoritate regia, defendentes non permittatis eos ab aliquo indebite molestari, ut sub vestre

protectionis umbraculo respirantes pacis auctori pacifice deserviant pacis humiles proffessores et pro bono statu regni nostri inperturbati iugiter divinam clementiam deprecentur, scientes, quod si secus in aliquo presumptum fuerit, vestram arguemus neglientiam in hac parte et molestatores huiusmodi iuxta suorum exigentiam meritorum nichilominus puniemus. Datum in Rotwil III<sup>o</sup> kalendas septembris, regni nostri anno secundo.

Perg. Or. Siegel, das an einem Pergamentstreifen hing, bis auf ein kleines Fragment abgefallen.

1299. Nov. 11. Schloss Nieder-Marchthal. Albertus dictus Schedel nobilis de Stüzzenlingen, miles überträgt das Eigenthumsrecht von Besitzungen zu Theuringshofen (Türingeshoven), sitas in loco dicto *Rüttal*, videlicet aream unam et pratum ad tionsiones quinque virorum cum agro unius iugeris, welche vir discretus Götfridus de Muschwank von ihm zu Lehen trug und nunmehr um 65 Pfund Heller an das Kloster Salem verkaufte, auf Bitten des Gotfried und nach erfolgter Resignation desselben, mit Zustimmung seines Sohnes Eglolfus, an das genannte Kloster. Actum in castro meo *Nidren Martel*, anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XC<sup>o</sup> nono, in die beati Martini episcopi, presentibus Hainrico de Kilchhain, Cûnrado de Rôte, Cûnrado dicto Walch, Hainrico dicto Rvhe, Hainrico dicto Vokke, fratre Cûnrado dicto Riedrer, converso monasterii supradicti, et aliis fidedignis. 1015.

Perg. Or. Salemer Hand. An Pergamentstreifen 2 Siegel aus Malta, 1. des Albert Schedel von Steusslingen wie an No. 979. — 2. des Eglolf von Steusslingen, rund, 42 mm, IV A 2, im damascierten Siegelfeld der Dreieckschild mit dem bekannten Wappenbilde. Umschrift: † s. *egloffi. de. sthvezelingen*. Rückseiten: 1 mit zwei, 2 mit drei Einkerbungen. Cod. Sal. II, 348 No. CCCXXXII.

1299. Nov. 11. Schloss Marchthal. Albrecht v. Steusslingen, genannt Schedel, und sein Sohn Eglolf übergeben das Eigenthumsrecht einer Wiese zu Theuringshofen dem Kloster Salem. 1016.

Ich Albreht von Stuzzelingen, genant der Schedel, unde Egelolf, min sun, tugin kunt || allen den, die disen brief sehent alder horent lesen, daz ich die aiginschaft der wize, || die abbet Ūlrich von Salmanswiler unde sine samenunge koftun umbe Gotfridin || von Mûswanch umbe fûnfe unde seschech phunde haller mit dem gûtilin, da der Snurrer uf sizcet, ze Turingeshoven under Stuzzelingen, haben luterlich durch got

gegebin an alle vorderunge und irritûn unserre erbo dem vorgeanten closter ze Salmanswiler. Unde daz darnach keiner slach crieche gange, so henkin wir unser insigel an disen brief zainer ewigun stetikahe, wan es alles von uns nit lehen was, des wier hie mit disem briefe veriehin, wan niun etlich tail. Actum anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXXXX<sup>o</sup> IX<sup>o</sup>, in castro Marthel in die beati Martini. Dis sint die geziuge: Heinrich von Kirkain, Heinrich der Ruhe, Heinrich von Rote, Heinrich Vocko, frater<sup>1</sup> Heinricus, canonicus ecclesie Marthellensis, Rudigerus dictus de Haigingen, C. dictus Walch, civis de Ehingen, et alii quam plures ad hoc vocati specialiter et rogati.

Perg. Or. Fremde Hand. Siegel des Ausstellers wie an der vorausgehenden Urkunde, befestigt wie an No. 432. Rückseite: 2 tiefe wagrechte Einschnitte.

1299. Dez. 9. Vöhrenbach. Gebehardus comes de Fvirstenberg verzichtet gegenüber dem Kloster Salem auf den Zehnten im Linachthal (decima vallis dicte Lina) und auf die Wiese, genannt *du Öwe* bei Vöhrenbach (apud villam Verembach). Datum Verembach, anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XCVIII<sup>o</sup>, V. idus decembris, indictione XIII<sup>a</sup>. 1017.

Perg. Or. Fremde Hand. Am Pergamentstreifen das Siegel des Ausstellers aus mit Fett vermischem Wachs, dreieckschildförmig, 54:50 mm, IV A 2, das Siegelfeld von Feh eingefasst, im Schild der Adler. Umschrift: † s. comit. gebhardi. de. fvirstenberg. Rückseite Daumeneindruck. Druck nach unserem Or. Ztschr. 10, 334. Danach Fürstenb. Urkb. 1, 343 No. 659. Die im Fürstenb. Urkb. vermuthete Lesart Lina statt (wie es in Ztschr. 1, 334 heisst) Rina, ist nach Ansicht des Or. und der Copie im Cod. Sal. II, 347 No. CCCXXX, wo deutlich Lina steht, richtig. Das Siegel ist nicht, wie im Fürstenb. Urkb. a. a. O. gesagt ist, das gleiche wie an der Urk. No. 656.

1300. Jan. 16. Schloss Wildenstein. Anshelmus de Wildenstain nobilis überträgt das Eigenthumsrecht aller Besitzungen zu Illwangen (Ylwanck), welche Bur(cardus) de Vrendorf, minister in Merspurch, et Ulricus de Vrendorf nec non Hainricus bone memorie patruelis eorundem von ihm zu Lehen trugen und an Rüdolfus dictus Vrönninck verkauften, an das Kloster Salem. Datum in castro Wildelstain (sic!) anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup>. XVII. kalendas februarii. 1018.

Cod. Sal. II, 349 No. CCCXXXIII. Regest: Ztschr. 3, 251.

<sup>1</sup> Von hier an andere Hand.

1300. Jan. 26. Ulm. Die Edlen Streif und Ernst von Winberg sagen zu Gunsten des Klosters Salem ihre demselben von Konrad von Plochingen und von Konrad von Elchingen abgetretenen Besitzungen in Elchingen in die Hand der Grafen Konrad von Kirchberg und des Grafen Otto von Neuhaus auf.

1019.

Universis hanc literam inspecturis Straifo et Ernestus, fratres, nobiles de Winberg, notitiam rei||geste. Noverint universi tam posteri quam presentes, quod nos, recepta resignatione possessionum sitarum in||Ælchingen omnium, quas strenuus vir Cûnradus de Blochingen honorabilibus in Christo, . . abbati et conventui||monasterii in Salem, Cystertiensis ordinis, pro certa summa pecunie noscitur vendidisse, quasque vir discretus Cûnradus de Ælchingen eisdem de Salem legavit nomine testamenti, a viro strennuo dicto Seveler, viris discretis Ūlrico dicto Strôli, Lûprando et Hainrico dictis de Halle, Ottone et Ūlrico dictis Rôten et Hermannno dicto Wêlser, civibus in Ulma, qui dictas possessiones nomine monasterii de Salem, quod in hac parte ipsorum fidei se commisit, a nobis in feodum tenuerunt, possessiones easdem omnes et singulas cum ipsarum attinentiis et iuribus universis, quocumque nomine censeantur, in restauram dampnorum per nos illatorum monasterio de Salem, ad manus nobilium virorum, dominorum nostrorum, Cûnradi et Cûnradi comitum de Kilchberg, Ottonis comitis *von dem Nûwen Hûse*, resignavimus et tenore presentium resignamus, adhibitis per nos et dictos cives in premissis verborum ac gestuum sollempnitatibus debitis et consuetis. Renuntiamus igitur pro nobis nostrisque heredibus universis omni iuri tam in genere quam in specie, quod in possessionibus sepedictis in Ælchingen ratione infeodationis nobis vel per nos facte competebat, omni consuetudini loci et patrie, omni suffragio legum et canonum et generaliter ac specialiter omnibus, per que dicta resignatio posset in posterum quovis ingenio in dubium revocari. Et in evidentiam premissorum presentem literam sigillo civitatis in Vlma et nostris comuniri fecimus pro testimonio et cautela. Nos dictus Seueler miles, Ūlricus dictus Strôli, Lûprandus et Hainricus dicti de Halle, Otto et Ūlricus dicti Rôten et Hermannus dictus Wêlser, cives in Vlma prenotati, omnia et singula premissa vera esse profitentes et dictam resignationem per nos factam ad manus prefatorum nobilium de Winberg, renuntiamus pro nobis nostrisque heredibus universis omni iuri tam in genere

quam in specie, quod nobis in supradictis possessionibus in Ælchingen omnibus et singulis competeat vel competere videbatur, sigillum nostre civitatis in premissorum testimonium presentibus appendentes. Act. in Ulma, anno dom. M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup>. VII<sup>o</sup> kalendas februarii, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Cûnrado de Ælchingen, Ūzone dicto Rôte, Reinhardo de Wernhûsen, fratre Dieterico de Bermetingen iuniore, monacho in Salem aliisque pluribus fidedignis.

Perg. Or. im kgl. bair. Reichsarchiv in München. Fremde Hand. 3 Siegel aus Malta, an Pergamentstreifen anhängend, des Straif und Ernst von Weinberg und der Stadt Ulm wie an No. 884 (alle drei erhöht mit 3 Einkerbungen). Cod. Sal. II, 346 No. CCCXXIX. Druck nach dem Or. Ulm. Urkb I, 263 No. 220. Reg. Ztschr. 3, 354.

1300. Jan. 26. Ulm. Die Grafen Konrad der alte und der junge von Kirchberg und Otto von dem Neuen Hause nehmen die ihnen von Straif und Ernst von Weinberg zu Gunsten des Klosters Salem aufgesagten Besitzungen zu Elchingen auf und verzichten auf dieselben. 1020.

In dem namen des vaters und des sunes und des hailigen || gaistes. Wir grave Cûnrat der alte unde grave Cûnrat || der iunge von Kircperc unde grave Otte von dem Nûwen||huse vergehen unde tûgen kunt allen den, die disen brief lesent oder horent lesen, das wir von dem abbete und von der samnunge von Salmanneswiler des ordens von Citels enphangen haben feir und fierzig phunt haller, und dar ûber ihc grave Cûnrat der iunge zehen phunt und ein halp foder wines, und haben du keret in unsern nuz und haben uns verzigen gen demselben abbete und der samnunge fur uns und alle unser erben aller der rehte, diu wir hæton an dem gûte ze Ælchingen allem samt, das sie hant gekofet umme den hern Cûnrat von Blochingen, das sie kirchsaz, aker, wisen, ehafti und swas dar zûe horet an wasen oder an zwie, das derselbe von Blochingen von hern Cûnrat Straifen unde Ernest, zwain gebrodern von Stôpheln ze lehen hatte, unde haben uns ohc verzigen gen dem vor genantem abbete und siner samnunge fur uns und unser erben alles des rehtes, das wir hæton ze Ælchingen an dem gûte, das herre Cûnrat von Ælchingen von denselben von Stôpheln ze lehen hatte und ze kofenne gab den von Salmanneswiler, do man zalt von gottes geburt zwelfhundert und fûnf unde nûnzic iar mit allem dem, das dar zû horte, und vergehen ohc, das wir diu vorgeannten gût

alliu samt, e das wir uns ir verzigen, von den vor genanten von Stöpel(n) (sic!) uf enpheingen und dar nah, alse da vor gescriben ist, uns ir verzigen und alles des rehtes, das wir dar an hatton. Unde dar umbe, das dis stæte bilibe iemer mere, so versprehchen wir, alliu diu reht, du wir oder unser erben haben solton an den vorgeanten gûten allensamt und dem kirsaze, und zainem urkunde aller dirre dinge, so haben wir disen brief haizzen besigelt mit unseren insigeln. Dise verzihunge gelopton wir ze tûnne des iares, do der kof beschach, ze Vlme in der stat, do man zalt von gottes geburt zwelfhundert iar und funf und nunzig iar an sant Otmars tage und dar nahe, do man zalt von gottes geburt druzehenhundert iar an dem nahestem tage nah sant Pauls bekerde, do namen wir dû vorgeanten gût uf und ferzigen uns ir ze Vlme, und waren da bi dise gezûge: herre Cûnrat von Ælchingen der vor genant, Hainriche von Halle, der ammann ze Vlme, Vlrhc der Rote, Rienhart von Wernshusen, brüder Dietrihc von Bermetingen und ander biderbe lûte.

Perg. Or. im kgl. Reichsarchiv zu München. 31,5 cm hoch, 15,3 cm breit. Fremde Hand. 3 Siegel an Pergamentstreifen aus Malta, sehr wohl erhalten der beiden Grafen von Kirchberg, und des Grafen Otto von dem Neuen Hause, wie an No. 932 (1 mit tiefem Daumeneindruck, 2 und 3 erhöht, 2 mit 3, 3 mit 2 tiefen wagrechten Einkerbungen. Vgl. die Urk. No. 932 und No. 1019.

1300. zw. Febr. 28. u. Apr. 9. Swiggerus dictus *der Lange*, Cûnradus et Berhtoldus de Gvndolvingen fratres et milites übertragen an das Kloster Salem das Eigenthumsrecht nachstehender Güter, welche seither Rûdegerus et Rûdolfus de Magenbüch fratres von ihnen zu Lehen trugen: piscariam in fluvio dicto Ostrahe, extendentem se a molendino inferiori usque ad pontem, et unam aream sitam *under dem frithove*, cui ius taberne annexum esse dinoscitur ab antiquo. Datum et actum diversis locis et temporibus anno domini millesimo trecentesimo, tempore quadragesimali. 1021.

Perg. Or. Salemer Hand. An Pergamentstreifen die Siegel der 3 Aussteller aus Malta, des Swiger wie an No. 658, des Konrad wie an No. 600 und des Berthold von Gundelfingen wie an No. 843. Auf jeder Rückseite 2 Daumeneindrücke. Cod. Sal. II, 347 No. CCCXXXI. Vgl. No. 998.

1300. Apr. 1. Mezingen. C(ûnradus) nobilis de Winberg überlässt dem Kloster Salem als Entschädigung für den dessen

Besitzungen in Altmannshausen (Altmanshusen) durch Raub und Brand zugefügten Schaden, das Eigenthumsrecht aller Güter, die von ihm zu Lehen rühren und welche das Kloster durch Kauf, Schenkung oder auf andere Weise erwirbt. Actum et datum in Metzingen, presentibus testibus subnotatis, videlicet Ludewico dicto Ziutelman, Friderico de Althdorf, fratre Dietrico de Bermatingen, monacho, et fratre Ber(toldo), provisore in Esselingen, converso, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup>, kalendas aprilis, indictione XII<sup>a</sup>. 1022.

Cod. Sal. II, 402 No. CCCCVI. Regest: Ztschr. 3, 354.

1300. Mai 21. Salem. Úlricus dictus Frie de Wenhusen übergibt dem Kloster Salem eine ihm gehörige Wiese bei Buggensegel, genannt *Braitenstüde* zu rechtem Eigenthum, unter dem Siegel nobilis viri Swigeri de Teggenhusen, judicis provincie generalis. Actum in Salem anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup>, XII<sup>o</sup> kalendas junii, presentibus testibus infra scriptis, videlicet Eber(hardo) notario iam dicti . . judicis, Hermannno dicto Wizzige, Rûperto priore, Mangoldo de Hornstain, Ludwico cantore, Dietrico de Bermetingen seniore, Dietrico de Nûfron, fratribus monachis in Salem, et fratre Alberto, magistro hospitum, converso eiusdem monasterii, aliisque pluribus fide dignis. 1023.

Perg. Or. Salemer Hand. Am Pergamentstreifen das Siegel des Swicker von Deggenhausen aus Wachs wie an No. 621. Daumeneindruck.

1300. Juli 22. Albrecht von Klingenberg nimmt das Kloster Salem in die Gemeinschaft an dem Laien-Weinzehnten in Markdorf auf. 1024.

Allen den, die disen brief sehent oder hõrent lesen, kûnd ich, Albrecht von Klingenberg, ain ritter, daz ich han verichen und vergich offenlich an disem brief den erbærn gaistlichen in got, dem . . abt und dem convent von Salmanswiler, dez or[299]dens von Cytel, dez bistums von Costenz, ains glichen tails und ainer rechter gemaïnd an dem laigen winzehenden der alto garten ze Marchdorf, daz wir den selben winzehenden mit an ander hinanfûr lieplich und gûtlich niessen sont in allem dem recht und liebi als wirn da her gehalten habin und genossen. Doch sol mir und minen erben dû gemaïnd kain schad sin, wir mugen unsern tail an demselben winzehenden gen, versezen und verkoffen, wenne wir wend. Ich vergich õch me und tûn kunt an disem brief, daz ich und

alle min erben allen den nussæzzen, die gelait sint nach der richtung, so ich und herr Ulrich Oswalt von Marchdorf, ain ritter, lieplich und minklich über ain kamen und bericht wurden, e daz der zehend der selbe nûsæz us siner gewalt kam, den er den vorgesprochen von Salmanswiler an behûp, und och von andran nûsæzzen, die immer gelait werdent in künftigh zit, dar an weder der von Marchdorf noch kain sin erbe weder mich noch die lûtte, die in legen went, mit kainen sachen sumen noch irren sunt, als sin brief seit, den ich von im dar über han, nit nemen noch niessen sont, denne daz viertail, daz gevallit von denselben nûsæzzen, und son dez gnûgig sin, und son die von Salmanswiler nemen dû drûtail al mit geding da zû komen ist, und sol weder ich noch kain min erbe sù dar an sume noch irren mit kainen sachen. Und zû aim urkûnd dirre ding, so gib ich den dik genannten von Salmanswiler fur künftig krieg mit min aigen insigel gefestint und bestæt, disen gegenwürtigen brief, der geben wart do man zalt von gottes gebürt druzehenhundert jar an sant Mariun Magdalenun tag.

Cod. Sal. IV, 298 No. CCCX.

1300. Sept. 11. Konstanz. Bischof Heinrich von Konstanz verpfändet dem Kloster Salem für eine Schuld von 9½ Mark Silber den Ertrag der ihm zustehenden Zehntquart in Markdorf und Kluftern (in Marhdorf et Cluftern) bis die genannte Summe damit abgetragen ist und zwar nach Schätzung des Kaufswerthes dieser Erträgnisse in der Zeit zwischen St. Gallentag und Martini (Oct. 16 bis Nov. 11). Dat. Constancie anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup>, III. ydus septembris, indicione XIII.

1025.

Cod. Sal. IV, 448 No. CCCCXIX.

### Undatierte Urkunden

aus dem Ende des 13. oder Anfang des 14. Jahrhunderts.

Ūlricus comes de Schelkelingen genehmigt und bestätigt den Verkauf eines Wingerts bei Leutkirch (Lüttilch) in der sog. *Varnhalde*, sowie eines angränzenden Ackers und Waldes durch seinen Ministerialen Hainricus de Nûueron, filius quondam Hainrici militis de Nûueron, um 37 Mark Silber an das Kloster Salem. Hermannus de Hornstain, rector ecclesie in Sékilch, erklärt sich bereit, da Hainricus de Nûueron, sein avunculus, noch minderjährig ist, für den Verkauf auf die Dauer von 10 Jahren Gewähr zu leisten. 1026.

Perg. Or. Salemer Hand. 3 Siegel aus Malta an Pergamentstreifen: 1. des Grafen Ulrich von Schelklingen (Berg) wie an No. 765, Rückseite erhöht mit 2 Eindrücken. — 2. des Hermann von Hornstein wie an No. 864, Rückseite 2 wagrechte Einschnitte. — 3. des Heinrich von Neufnach wie an No. 995, Rückseite glatt. Cod. Sal. II, 335 No. CCCXVI.

Eglolfus, filius quondam Alberti dicti Schedel de Stüzelingen nobilis, fügt der durch testamentarische Verfügung seines verstorbenen Vaters zu Gunsten des Klosters Salem erfolgten Schenkung nachstehender Güter: *dimidium mansum in Tæchingen situm, dictum dū halbe hābe under den sūln*, alterum quoque *dimidium ibidem dictum Albrehtsgūt* et in Stüzelingen *dimidium dictum Smæhelinsgūt* von sich aus — desiderans paterne devotionis heres fieri et sollicitus executor — die andere Hälfte des *Smæhelinsgütes* bei, indem er auch dieses dem Kloster zu rechtem Eigenthum überlässt. 1027.

Perg. Or. Salemer Hand. Siegel aus Malta, wie an No. 1015, Rückseite 3 Einkerbungen, ist abgefallen, liegt aber bei der Urkunde. Cod. Sal. II, 343 No. CCCXXV. Vom 11. Nov. 1299 haben wir von Albrecht Schedel ausgestellte Urkunden, s. oben No. 1015 u. 1016. Am 10. Aug. 1301 spricht Eglolf in einer Urkunde von seinem Vater als einem Verstorbenen (*bone memorie Albertus quondam pater meus*). Zwischen beide Daten ist demnach die vorstehende Urkunde zu stellen

Heinrich von Langenstein überlässt dem Kloster Salem das Eigenthumsrecht eines Ackers in dem Tobel zwischen Langenstein und Eigeltingen. 1028.

Divina permissione . . abbati monasterii in Salem Hainricus || de Langenstain obsequiosam in omnibus voluntatem. Quoniam, ut ait apostolus, || qui per te seminat per te metet

et qui in benedictione seminat in benedictionibus || metet vitam eternam, ego quidem, huius verbi memor existens, agrum dictum *in dem Tobel*, situm inter castrum Langenstain et villam Aigoltingen, quem vobis et monasterio vestro pro remedio animarum suarum H. dictus de Langenstain et Margreta, uxor sua, donaverunt, qui a me in feodum tenetur, predicto monasterio libere dono, ius feudale, quod mihi in dicto agro debetur, in manus ipsius resignans . . . abbatis, ipsique abbati et monasterio dictum agrum pro allodio mero et franko perpetuo possidendum concedo per presentes, dictam donationem a H. et uxore sua factam confirmans. In cuius rei robur sigillum meum duxi presentibus apponendum.

Perg. Or. Das Siegel, welches wie an No. 432 befestigt war, ist abgefallen, liegt aber bei der Urkunde, aus mit Fett vermischem Wachs, rund, 40 mm, IV A 2, Siegelfeld eingegittert, in den Gittern Sternchen, im Dreieckschild ein Adler. Umschrift: † s. *hainrici. de. langenstain*. Rückseite glatt. Cod. Sal. II, 319 No. CCC.

Ortolfus de Hasenwiler übergibt dem Kloster Salem seine Eigenleute Gütam et Judentam, conversas, sorores, filias . . . dicti Hauener de Bôshasel, um 12 Schilling Konstanzer Pfennig zu freiem Eigenthum. 1029.

Perg. Or. Salemer Hand. Am Pergamentstreifen Siegel des Ausstellers aus Malta wie an No. 737. Rückseite erhöht mit 3 Einkerbungen.
